






Cc 3.41







Théodore de Bèze



DE  
FRANCICAE  
LINGVAE RE-  
CTA PRONUN-  
TIATIONE  
Tractatus.

THEODORO BEZA  
*auctore.*



GENEVAE,  
Apud Eustathium Vignon.  
M. D. LXXXIII.









## I L L V S T R I E T I N

PRIMIS GENEROSO DOMINO, Domino Carolo, Baroni à Zerotin, Namestij, Rosicij, Brandaisij, Domino, Theodorus Beza S.P. in Domino.



*VORVMNE magis in te instituēdo sapientiam, an tuam in discendo diligētiam admirer nescio, Illustris Domine Baro. Nā illi profectò sapientissimè iudicarunt nobilibus praesertim viris necessariam esse exterarum quoque rerum cognitionem, quae neque certiore vlla ratione, neque gratiore vlllo labore, quàm ipsarum regionum ac gentium inspectione comparatur, modò sanum quidem iudicium adhibeatur, tum in ijs fugiendis quae nunquā vidisse praestiterit, tum in ijs observandis quorum notitia pietas, caeteraeque virtutes cum aetate adulescant. Tum verò vicissim, di-*

A ij



uino quodam beneficio, & praestantissimi viri  
 tuique monitoris Venceslai Laninij consilijs  
 fretus, vsque adeò tibi non defuisti, ut pau-  
 cissimos esse arbitrer, vel ex maioribus etiam  
 natu, tecum in hac adhuc tenera aetate, siue  
 peregrinarum linguarum peritia, siue varia-  
 rum terra marique gentium notitia conse-  
 rendos. Quòd sit reducem in patriam tam  
 preciosis undique conuectis mercibus locu-  
 pletem cernere vel illi nunquam satis lauda-  
 to viro illustri tuo parenti, Domino Iohanni  
 procerum Marchionatus Moraviae praecipuo,  
 vel omni virtute multò etià magis quàm ge-  
 nere nobilitate patruo itidem tuo D. Iohanni  
 conspicere licuisset, Deus bone, quanta illi te  
 latitia, tota ipsis congratulante patria, exce-  
 pissent? At illos Deus Opt. Max. in meliore  
 nunc quiete collocauit. Patria verò te, sat scio,  
 & in ea quidem imprimis illustris ille Domi-  
 nus, Dominus Fridericus, alter ex tuis duo-  
 bus patruis adhuc per Dei gratiam superstes,  
 velut intentis in te oculis, expectat: illud ni-  
 mirum sperans, in quo spem illius (fauente  
 Deo) non modò sustinebis, sed etiam longè la-  
 tèque superabis: fore nimirum ut, peracta tan-  
 dem vsque adeò diuturna peregrinatione,  
 majores illos tuos, splendida Moraviae & vi-  
 cinarum



*cinarum regionum lumina, praesertim quod ad pietatem, ceterasque veras virtutes, attinet, rediuiuos in te conspiciat: & reipsa, magno cum ornamento & emolumento suo, donis in te singulari Dei beneficio collatis aliquando perfruat. Et haec quidem Deus Opt. Max. utinam rata & firma esse velit. Ceterum cum hanc quoque Civitatem & Ecclesiam tum praesentia tua cohonestaris, tum etiam plurimis honestissimis exemplis illustraris, putavi tibi minimè fore ingratum, si te à nobis discedentem aliquo genere officij prosequer. Praebuit autem mihi argumentum tua in Franciam suscepta profectio, cuius occasione cum multa mihi à multis jam annis de Francico idiomate meditata in mentem venissent, & te cognoscenda quoque illius linguae summo teneri desiderio animadvertissem: hisce ferijs vindemialibus illa tibi & alijs aliquot nobilibus Germanis priuatim exposui, quae nunc ad te recognita & emendata mitto. ut quum in Franciam veneris, usu ipso agnoscas, quae quibusdam regulis à me non temerè observata comperies. Quod si quis erit qui scriptiunculam istam, ut neque professioni neque personae meae convenientem reprehendat, illum cogitare velim, aliud esse, animi*









DE FRANCICÆ LIN-  
GVÆ RECTA PRO-  
NUNTIATIONE.



QVAM vulgo Gallicā linguam appellant, ego in hoc scripto Francicam voco, non à Francis Germaniæ populis ortam, sed ex quo Galliæ regnū, omnium gentium velut commune emporium, in Franciæ nomen vltro concessit, ex cæterorū penè idiomatum commixtione satam, ac tandem sic excultam & auctam, vt à plurimis eius cognitio, tum propter sermonis elegantiam, tum etiam propter commercij vtilitatem hodie expetatur. Eius autem rectam pronuntiationem duo præcipuè reddunt exteris hominibus difficilem. Vnum, quòd vnaquæque gens in natiuo suo idiomate peculiare quiddam obseruet, ad cuius normam dum peregrinas etiā linguas vitiosè inflectit, ita fit vt Germani Germanicè, Angli Anglicè, Franci Francicè, Latinas voces enuntient tam variè, vt eruditę quidem aures, quarum superbissimum est iudicium, grauiter offendantur: vulgus autem imperitum totidem linguas audire sibi meritò videatur. Alterum, quòd ita Francica lingua scribi consuevit, vt quanuis exprimendis suis sonis singulæ sint

A iij



## 8 DE FRANCIAE LINGVAE

propriè in omnibus linguis excogitatae literae, tamen pronuntiatio scriptioni in plerisque vocibus minimè respondeat. Nam & plurimae sunt prorsus omittendae, & vnius eiusdemque literae non idem vbique sonus auditur, cuius rei conabimur suo loco rationem & usum ostendere. Hae verò difficultates aliquatenus quidem regulis quibusdam observatis quas mox trademus, sed usu potissimum ipso superantur, qua in re tamen maximo iudicio & delectu opus est. Etsi enim ex Francici regni provinciis alię aliis minus impurè loquuntur, nullam tamen in iis ne urbem quidem inueneris quae suis quibusdam pronuntiationis naevis non laboret, quos passim etiam deinceps annotabimus. Ac fuit quidem tempus, sub Francisco videlicet illo Rege, quem meritò liceat bonarum literarum parentem vocare, quum puram Francicae linguae pronuntiationem ex ipsius aula peterelicuit. Ab eius autem obitu sic paulatim vnà cū moribus immutata fuisse Francicam totam linguam constat, vt vix ac ne vix quidem appareat vbi tandem ipsius puritas delitescat. Illius certè quidquid hodie superest, partim paucule seruant antiquum obtinentes familie, & homines bonis literis excolti: partim adhuc Senatus Parisiensis subsellia sonant, quanuis eò quoque paulatim serpat illa vitiosa pronuntiationis contagio: vsque adeò nihil est in rebus humanis quod non sit mutationi, ac tandem interitui, necessitate quadam ineuitabili, obnoxium. Me verò, quomodo



modo purè & eleganter loquentes maiores ab ineunte inuentute audiui & attentè obseruauì, hac etiam in re iuuerit meam in Francos meos pietatem fuisse pro viribus testatum. Rem igitur ipsam aggrediamur.

REGVLÆ QVÆDAM GENERALES Francicæ discenda pronuntiationis.

**P**rimùm igitur cognito vero pronuntiarum literarum sono, reliquæ literæ scriptæ quidem ac minimè proferendæ, quas quiescētes voco, accuratè sunt cognoscendæ, & à pronuntiandis dignoscendæ, Deinde non modò verus singularū literarū tenēdus est sonus, sed etiā curandū ne qua putidè & duriter sonet, imò vt omnes molliter & quasi negligerenter efferantur: omnem pronuntiationis asperitatem vsque adeò refugiente Francicæ lingua, vt exceptis *cc* vt *accēs*, accessus: *m m*, vt *somme*: *n n*, vt *Annee*, annus: *rr*, vt *Cerre*, terra: nullam geminatam consonantem pronuntiet. Postremò Italis quidem vt Francicam linguam rectè sonent, cauenda est illa in pronuntiando grauitas quæ in penultimarum præsertim syllabarum productione sentitur: Germanis autem multo etiam magis fugienda est tum illa tarditas in singulis penè dictionibus vocem sistens, & tandem in extrema periodo quasi pondere quodam delassatam præcipitans, tum etiam in literis nimium for-



titer exprimendis asperitas summopere vitanda. Francorum enim vt ingenia valde mobilia sunt, ita quoque pronuntiatio celerrima est, nullo consonantium concursu confragosa paucissimis longis syllabis retardata: eodem tenore denique volubilis: consonantibus, si dictionem aliquam terminarint, sic cohærentibus cum proximis vocibus à vocali incipientibus, vt integra interdum sententia haud secus quàm si vnicum esset vocabulum effertur. Exempli gratia, tota hæc sententia, *Je passeray demain à vous à son escient à huit heures du matin*, etsi syllabis nouendecim, tamen breuibus omnibus constat, estque vno ac eodem tenore quasi connexis inter se pro celematicis enuntianda, in qua linguæ volubilitate vt plurimis aliis in rebus mira quædam est inter Grecum & Francicum sermonem similitudo. Hoc igitur imprimis est Germanis prouidendum & attentissimè obseruandum, vt sese huic volubilitati quàm studiosissimè assuefaciant.

Sunt autem Francis literæ viginti & vna. Nam duarum quæ à nonnullis adiiciuntur vna quidem nēpe k, nullius est vsus, vt scribi quidem Francica lingua ab omni penè æuo consuevit: altera verò nempe z quam Græcum appellant per inscitiam irrepsit, quum sit duplex ij vocale, vt suo loco ostendemus. Harum autem characteres, non ij quibus Typographi vtuntur siue Romani, siue Italici, siue Gotthici quos vocant, sed hi sunt verè Francici



cici quos subieci cum Græcis, à quibus manifestè sunt plerique desumpti, vt mirari nonnulli desinant repertas à Cæsare in Heluetiorum castris tabulas Græcis literis exaratas.

Græci chara-  
cteres.

Verè Francici chara-  
cteres.

A α

B β

K κ

Δ δ

E ε

Φ φ

—

—

I ι

—

Λ λ

M μ

N ν

O ο

—

—

—

—

—

—

—

—

—

Α α

Β β

Γ γ

Δ δ

Ε ε

Ζ ζ

Η η

Θ θ

Ι ι

Κ κ

Λ λ

Μ μ

Ν ν

Ξ ξ

Ο ο

Π π

Ρ ρ

Σ σ

Τ τ

Υ υ

Φ φ

Χ χ

Ψ ψ

Ω ω



12 DE FRANC. LINGVÆ  
DE VOCALIVM FRAN-  
cicarum pronuntiatione.

IN his literis vocales Franci quinque nume-  
rant, vt Græci & Latini, de quarum pronun-  
tiatione sic ego quidē, nullo cuiusquam præ-  
iudicio, existimo.

A a a.

HÆc vocalis sono in radice linguæ solis  
faucibus formato, ore hianti clarè &  
sonorè à Francis effertur, quum illam Germa-  
ni obscurius & sono quodam ad quartam vo-  
calem o accedente pronuntient, in eo etiam  
interdum peccantes quòd illam intra dictio-  
nes quasdam expungant, vt quū *Ierusalem* dicūt  
tribus syllabis pro *Ierusalem* quatuor syllaba-  
rum.

E e e.

Altera hæc vocalis proprium & vni-  
cum verū habere sonum debuit quem  
efficit linguæ mucro dētibus mediocriter hi-  
antibus, vocem articulatam plectri vice mo-  
derans, vt in his vocibus Latinis legere, viue-  
re, docere propriè sonat. Franci Grammatici  
eruditiores e clausum vocant alijs productū,  
sed perperam. Nam interdum quoque corripi-  
tur vt in penultima dictionis *Altere* siticulo-  
sus: quæ dictio est Dactylica, & in aliis quam-  
plurimis. Alter tamen eius sonus est is pro-  
priè



priè qui est diphthongi *a* sono ex *a* & *e* tēpe  
 rato: quo modo vsus obtinuit vt Latine quoq.  
 pronuntietur, nescio tamen quā rectè, quoties  
 hæc vocalis cum *s* vel *r*, vel *f*, vel *t* cohæret, vt  
 in prima syllaba dictionum Tellus, Fel, Mel,  
 Terra, Ter, Quater, teres, &c. itēque ante *e*  
 vt Tectum: & *g* vt Tegmen, quem sonum  
 Franci *e* aperrum vocant, & eodem sono at-  
 que diphthongū *ai* exprimunt, vt *este*, *fe-*  
*ste*, *terre*, *esse*, perinde ac si scriptum sit, *Ai-*  
*ste*, *Faiste*, *Taiste*, *Diste*, vt scribitur &  
 pronuntiat *maiste*, *faiste*, *aiste*.

Tertius huius vocalis sonus Græcis & La-  
 tinis ignotus, is ipse est qui ab Hebræis tri-  
 buit puncto quod Seua raptum vocant: Gal-  
 li verò & scæmineum propter imbecillam &  
 vix sonoram vocem appellant, quæ litera pro-  
 pterea neque in pentametris quarto loco, ne-  
 que sexto loco in hexametris versibus ad-  
 mittitur, & versus omnes in illam desinentes  
 hypermetri habentur. Itaque dictionem nun-  
 quam hic sonus inchoare potest, vtpote qui  
 semper vel à consonante præcedente pen-  
 deat, vel si nulli consonanti subiiciatur, præ-  
 cedentis vocalis sit veluti productio quedam:  
 vt *amic* amica: *aimce* amata, *ione* gena. Dice-  
 mus autem in litera *g* & diphthongorum tra-  
 ctatu de peculiari quodam huius vocalis v-  
 su in tertiis pluralibus verborum personis.  
 Sunt verò tres isti huius literæ soni accuratè  
 dignoscendi, ne cum Aquitanis vel actiua ver-  
 ba infiniti modi vt *Aimex* amare: *Sifner*, pran



dere: *paſſe*, loqui: vel pluralis numeri ſeu nomina, vt *Bonte* — bonitates: ſeu participia paſſiua, vt *Laſſe* — laſſati, quæ omnia per *e* clauſum non autem apertum efferenda ſunt, unde iſti duri & Francicis purgatis auribus intolerabiles rythmi à doctiſſimis etiam poëtis Aquitanis uſurpati, quibus inter ſe conferunt *Diſpute*, & *Jupite*: *ſine* & *arribe*: *paſſe* & *parlaire*, *Laſſe* & *Uſſe*: *aſſe* & *acce*. Quod ſi obtineri poſſit vt huic triplici ſono triplex hic character attribuat, nempe *e* pro hac litera clauſo ſono & maſculo efferenda: & pro infraſto & leniſſimo huius literæ ſono: denique pro diphtongo *ei*, magnopere tum ipſis Francis plerique tum in primis peregrinis cautū eſſet. Alij præterea duo ſunt ſoni huius literæ ſed prorſus adulterini, & paulatim mutata quidem pronuntiatione, ſed eadem manente ſcriptura, in Francicā linguam inuecti. Coaleſcens enim *e* in eādē ſyllabam cum *m*, vt *tempore* & *tēporalis*, vel *n*, ſiue ſola & ſonora vt *i'ente*, ego intelligo: ſiue adiuncto *d* vt *entend*, intelligit: vel vt *content*, contentus: pronuntiat ut *a*. Itaque in hiſ vocibus *conſtam*, conſtans: & *content*, contentus, *ay*, annus, & *ey*, in, diuerſa eſt ſcriptura, pronuntiatione verò recta, vel eadem, vel tenuiſſimi diſcriminis, & quod vix auribus percipi poſſit. Excipe quatuor haſ vocolas, *anciey* triſ ſyllabum, antiquus: *ſiey* vinculum, & *moiey*, medium, *ſiem* ſimus, diſſyllaba: & *quotidiey* quotidianus, quatuor ſyllabarum: denique omnia



omnia gētilia nomina, vt *parisiēy* Parisiēsis: *Sa-  
uoiſiēy* Sabaudiensis: in quibus & clausum scri-  
bitur & distinctè auditur, i & nequaquam in  
diphthōgum conuenientibus. Sed & Picardi  
veterem hīc quoque tum scripturā tum pro-  
nuntiationem retinuerunt, adeò quidem vt  
etiam scribant & pronuntient *ecena*, hic  
intus: *edena*, intus: *ecena*, illic intus: quum re-  
liqui Franci scribamus & pronūtiemus *ecana*,  
*edana*, *scana*: Alter huius literæ sonus adulte-  
rius est idē atq; literæ i geminata duplicis,  
in vnā tamen syllabam coalescentis, quanuis  
scribatur *ie*, litera *n* sequente atque dictio-  
nem finiente. Sic in his monosyllabis rectè  
pronuntiatis accidit, *biey* bonum, vel benè:  
*chien* canis: *Chrestien* Christianus dissyllabum:  
*mien* meus, *rien* nihil: *sien* suus: *tien* tuus vel te-  
ne, cum compositis: *Vien* venio, vel veni cum  
compositis: quæ omnia vocabula sic à purè  
pronuntiantibus efferuntur ac si scriptum es-  
set i duplici *Vien*, & *chien*, & c. Pictones tamē vete-  
rem pronuntiationem per & clausum retinuis-  
se videri possent, nisi & in *a* mutarent, vt *isa* di-  
sant *isa* parlant. Sed in earundem vocum fœmi-  
ninis & clausū restituitur: scribimus enim & ef-  
ferimus *chiena*, canis fœmina, *Chrestienne*, Chri-  
stiana: quanuis *Chrestiente* Christianitas, pro-  
nuntiemus *Chrestiente*: *miena*, mea, *siena* sua: *tio*  
*no*, tua & teneat, *Viena* veniat.

† i i.

**H**Æc litera vt apud Hebræos & Latinos,  
sic apud Francos interdum vocalis est,



interdum consonans : quanuis illam Hebræi ante reperta puncta quę vocant, nō intervocalles, sed inter palatinas cōsonantes non temerē recensuerint. Cæterū quū hæc litera vocalis est natium illū tenuissimū sonum retinet ceteris linguis vsitatum. Quum autem est consonans, idem valet atque *g*, nunc solet in Latinis istis vocibus lege & legi ( & quidem vitiose ) pronuntiari. Neque mihi displicet eorum commentum qui hanc consonantem à vocali, inferiore illius patre producta & hami instar recurua distinguit, sic nimirum illam consonantem pingentes, *ja, je, ji, jo, ju*.



**H**Æc vocalis in ipsa palati testudine quasi echo quędam resonat, minus quidem clarè quam *a*, non tamen ita obscurè ut *ou* diphthongus, qua in re à Bituricēsis & Lugdunensibus, aliisque non paucis populis peccatur, qui pro *nostris* noster, *vestre*, vester: *le dos* dorsum, pronuntiant *nostris*, *sonstris*, *le soue*. Quasdam tamen similes voces vsus obtinuit ut ita proferamus, veluti *col* & *con*, collum: *fol* & *fon*, stultus: *mol* & *mon*, mollis, licet semper scribamus *col*, *fol*, *mol*, vnde *colet* ceruicula, *folle*, stulta & *molle* hæc mollis. At illis contrarij Delphinates & Prouinciales quos vocant, sublata *u* vocali ex diphthōgo *ou*, scribunt & legunt *cop*, *ictus*: *seancop* multum: *dosseur* dolor: *torment* tormentum,



mentū, pro *coup*, *beaucoup*, *doulceur*, *tourment*. Sic Sabaudi pro *oui*, ita pronuntiant *oi* per dialysin. Occitani verò, nomen etiam inde adepti, ex negante Græca particula *en*, à vicinis fortasse Massiliensibus Græcis accepta, fecerunt (quod mirum est) affirmantem particulam *es*, pro *oui*, itaque omnes pronuntiationes vitiosæ sunt, & aures Francorum vehementer offendent.

υ ε ς η.

**H**Æ c litera, quum est vocalis, est Græcorum ypsilon, quod ipsa quoque figura testatur, efferturque veluti sibilo constrictis labris efflato, unde factum ut Hebræi non inter vocales siue Gutturales quas appellant, sed inter labiales consonantes hanc quoque alteram, ante reperta quæ vocant puncta, non immeritò numerarint. Sonus autem illius proximè ad tenuitatem i vocalis accedit: quamobrem etiam promiscuè veteres Romani optimus & optumus, Maximus & Maxumus, non illo pingui sono quo Romanum suum *u*, & Græci vetustiores suum ο *μικρόν* efferebant, sed altero illo tenui scribebant & pronuntiabant. Germani propterea hanc literam solent *u* Gallicum, ab illo crassiore quem Galli per *ou* diphthongum scribunt, distinctum appellare: & à litera *u* in suis minutis characteribus hac imposita nota distinguunt, *ü*.

Cæterum Franci Latinos grammaticos se-  
b. j.



quiti ad hanc literam retulerunt etiam Æolici digammatis sonum, sic vocati quod à folis Græcorum populorum Æolibus usurparetur, medium videlicet inter *ba* & *pha*, sicut hodie Latini pronuntiant primam syllabam in vado, vetus, vita, volo, vultus. In huius autē literæ pronuntiatione cavendum est tum Vasconum vitium qui *ε* pro *u* efferunt, vt *ε*in pro *vin*: *ε*ache pro *va*che: *ε*ean pro *ve*an, & contrā, *u* pro *ε*: qui error passim in veteribus manuscriptis libris occurrit: tum etiam alterum Germanis proprium, quo hanc consonantem pro *ph* siue *f*, & contrā *u* pro *ph* siue *f* usurpant: vt qui pro *vin*o, *vi*uo, *vi*tulo, *va*cca pronuntient *fin*um, *f*iso, *f*itulus, *f*acca, & contrā pro *f*allere, *va*llere & similia: qui maximus error quanto est ipsis familiarior, tanto diligentius est illis vitandus. At nostri maiores Franci peculiarem habuerunt characterem Æolico digammati scribendo tam acutè excogitatum, quàm est imperitè à posteris, in mediis syllabis neglectus, & initio dictionū pro *u* consonante usurpatus, vt quum scribunt *ε*n & *ε*ne. Quum igitur hos sonos viderent maximè affines *ba* & *ε*a, à plerisque confundi, figura vfi sunt quæ hanc affinitatem simul & ostenderet & distingueret, characterem videlicet literæ *ε* leuiter in sinistram nempe *v* & *ε* ad digammatis Æolici pronuntiationem significandam inflexo, idque non tantum initio dictionum, vt à Francicè scribentibus adhuc hodie obseruatur, vt *ε*ie, *ε*entu, *ε*entuenε, sed etiam intra ipsas dictio-



ditiones, vt *diſſue, ecceſſoie, aſſoie, pouſſoie*, qua de re ſuo rurſum loco à nobis dicetur. P. Ramus noſtra memoria diligens multarum rerū inquiſitor, vt hanc literam vocalem à conſonante diſtingueret, hūc quidem characterem v. conſonanti, iſtum verò u. vocali attribuit. Laudo inſtitutum, factum probare non poſſum. Nam illa quidem nota eſt verum Græcorum *υ* *ϋ* *λω*, id eſt, hæc ipſa vocalis. At u character eſt, vt ex veteribus etiam manuſcriptis codicibus apparet, antiquus Græcus literæ beſta, non autem digammatis ſolis Æolibus notiſſima; quam notam poſtea librorum deſcriptores perperam ad hanc literam tum vocalem tum conſonantem deſignandam accommodarūt: hoc tamen diſcrimine ſeruato, quòd illa priore uſi ſunt in dictionum initiis, iſta verò intra ipſius dictiones, aut in earum fine.

## DE CONSONANTIVM

*literarum Francicarum pronuntiatione.*

B 6.

HÆc conſonans eundem quidem ſonum in Francica lingua retinet, quem & Græci emendatè pronuntiantes & Latini obſervant, ſed ſuauitate quadam ſiccitatem ipſius temperante, quo magis cauendum eſt Germanis ne hanc cum p ſicciorē etiam litera ſua quodam more confundant, vt quum pro

B ij



scribere & bibere pronuntiant, & quidem nõ sine dẽfiore quoque flatu scrippere & pipperre. De Vasconibus autem hanc literam in Æolicum digamma transferẽtibz, paulò antè est à nobis dictum.

Ε ο ε.

**H**Æc consonans, orto proculdubio à vitiosa Latinæ linguæ pronuntiatione errore, duplicem habet sonum, qui tamen fallere neminem nisi falli volentem possit. Nam ante *a* & diphthongum *au*. Item ante *o*, & *ou* diphthongum, & *u*, & *ui* diphthongum, sonum suum nativum, paucissimis exceptis vocabulis servat, vt *cas*, casus: *caus*, causa: *columna*, columna: *colare*, curare: *corium*. At ante vocales *e* & *i* pronuntiat, sicut, s Latinũ, vt *ce* & *ci*, ac si scriptum esset *se* & *si*.

Dixi excipi quasdam paucas dictiones in quibus itidem vt s Latinũ profertur tum ante *a* tum ante *o*, cuiusmodi sunt *ca*, & *ca*, *façon*, *façonner*, *gläçon*, *maçon*, *maçonner*, *limaçon*, *poingçon*, *poingçonner*, & actiua tum præterita tum participia ab infinitis quæ in *ce* desinunt, vt à *commençer*, sit *commençant* & *commençons*, *commençea*: & si qua sunt eiusmodi s Latino pronuntianda: quarum dictionum nonnulli quasdam inserta *e* vocali quiescente scribunt, vt *commençea* *commençons*, alij vero



rò, quos omnino sequendos arbitror, litera *f* tanquam cauda quadam literæ *e* subiecta notant, & hanc literam *e* caudatum, Hispanorum more vocant, vt *ça* *Deça*, *façon*, *façonner*: *maçon* *maçonner*: *poisson* *poissonner*: *commençar* *commençer*: *commençer* *commençer*.

Quoties autem huic literæ adhæret sequens aspiratio, quæcunque vocalis sequatur, tum solet crasso quodam & pingui sono proferri, cuiusmodi est apud Hebræos litera Schin in dextro latere signata, non vt Græcorum chi, quod sonât Germani in verbo *magis*, sed vt *ch* pronuntiant in voce *Gelme*. Sic igitur Francicè sonât *chat*, catus: *chair*, caro: *chaud*, calidus: *chez*, apud: *cheut*, lapsus: *riche*, diues: *chose*, res: *chou*, brassica. At contrà Picardi pleraque à cæteris Francis per *ch* pingue prolata, per *e* siccū efferunt, vt *cat*, *cauld*, *cofe*, *rigue*, & plurima è contrario per *e*, proferunt, quæ per *f* Latinum cæteri pronuntiant, vt *che*, *chi*, *chele*, tanta est dialectorum non modò varietas, sed etiam repugnantia.

Ⓢ Ⓣ Ⓤ Ⓥ

HÆc consonans pronuntiata nullam syllabam claudit in Francica lingua præter vltimam in quibusdam dictionibus, in quibus perinde pronūtiatur vt *t*, sed ita vt siccitas eius aliquatenus liquefiat. Quod si

B iij



quis roget, cur non igitur & potius quàm  
 scribatur, respondeo id fieri propter deriua-  
 torum analogiam. Itaque scribimus *gaillard*,  
 hilaris: *paillard*, scortator: *lard*, lardum pro-  
 pter deriuata, *gaillardise*, *paillardise*, *larder*,  
 quum alioqui haud secus illa propriè effera-  
 mus, quàm si per & scriberètur. Sic quamuis  
 tertiæ personæ singulares præsentis indican-  
 di modi verborum actiuorum & literam regu-  
 lariter requirant in secunda & tertia coniuga-  
 tionibus, scribimus tamen *entend*, intelligit:  
*entend*, *defend*, *fond*, *respond*, propter infinita,  
*entend*, *fend*, *defend*, *fend*, *respond*,  
 quibus etiam nonnulli addunt *pleind*, *peind*,  
*evaind*, *seind*, *estraind*, *ioind*, *poind*, sed immeri-  
 to. Nec enim in eorum infinitis modis, *plain-*  
*dre*, *pendre*, *evaindre*, *seindre*, *estraindre*, *ioin-*  
*dre*, *poindre*, litera & inuenitur vt in illis ex  
 analogia, sed euphoniæ causa inseritur, vt  
 in Græca dictione *ἀνδρας* pro *ἀνρος*, & in  
 Francica *tendre*, pro *tenre*, à Latina voce  
 tener. Sed nullam excusationem admittit  
 eorum error qui inter *quand* pro quando &  
*quant* pro quantum nullum discrimen in scri-  
 ptura statuunt. Et hîc admonendi sunt Ger-  
 mani ne *pro* pronuntient, vt suum *Das*  
 & *Tag*, efferre solent *tao* & *tag*, & Lati-  
 nè pro Doctore Doctorem aut etiam Totho-  
 rem proferre.

f. f.



F f.

**H**Anc literam initio fuisse Æolici digam-  
matis, siue u consonantis notam, ipsa fi-  
gura à Latinis vsurpata, demonstrat, ex vno  
gammate alteri imposito constructa vt ex  
Ciceronis etiam quodam loco in oratione  
pro Flacco manifestè liquet. Postea verò pro  
φ Græcorum, id est pro ph vsurpari cœpit, vt  
& à Francis hodie pronuntiatur. Sicut au-  
tem dixi de u consonante, magnoperè cau-  
endum esse Germanis ne illam cum f confun-  
dant, ita vicissim summoperè studeant opor-  
tet ne f pro φ consonante vsurgent: quan-  
uis hæc litera dictionem finiens à Francis  
loco digammatis scribatur, & vt f pronuntie-  
tur, vt *beuf, bœuf, cerf, gref, naïf, nef, nef,*  
*seuf, suif, vif*, à Latinis vocibus, bo-  
uis, breuis, ceruus, grauis, natiuus, na-  
uis, neruus, seruus, seuum, viuus: re-  
stituto in illorum deriuatis digam-  
mate, vt *bovine, bœuere, ceruere, greuere,*  
*nauiere, neuere, seruere, viuere*.

G g.

**H**Æc consonans ante a, æ, & u, verum  
suum sonum seruat proximum Cliteræ,  
vt *gale, scabies: Gaulæ, Gallia: gosseu* guttur:  
*gutta, aqua, acutus*. At ante e & i,

Biiij



errore à Latina vitiosa pronuntiatione pro-  
pagato, idem prorsus plerunque sonat atque  
consonans in Latinis vocibus, vt à plerisque  
etiamnum enuntiatur Regere & Regis, vt *ga-  
gea*, *regis*, ac si scriptum *gajer* & *rejia*. Sed ne-  
que illud neque istud exceptione caret. Nam  
& ante *a* & ante *o* interdum vt *j* consonans,  
& contrà ante *e* & ante *i* natiuo suo sono pro-  
fertur, quæ tamen varietas facillè discernitur.  
Quoties enim ante *a* & *o* pro *j* consonante v-  
surpatur, illi subiici solet *e*, non vt proferatur,  
sed vt filens ostendat *g* in iis dictionibus non  
aliter efferendum quàm ante *e* consuevit, id  
est pro *j* consonante, vt *mangeone* comedi-  
mus, item *io mangeay*, *tu mangeas*, *il mangea*,  
*noue mangeasmet*, *vous mangeastes*, *ils man-  
gearent*, comedi, disti, dit, dimus, distis, derunt,  
perinde ac si scriberetur *manjone*, *manjay*,  
*manjas*, &c. Sic Germani nonnulli pro Ego  
perperam pronuntiant Eio, & pro Gallus Ial-  
lus. Vnde Bituricenses *Jau* pro Gallo & *A-  
iace* pro *Agace*, id est pica. Sic etiam ante *o* vt  
*fflageol*, fistula pastoritia. At quoties ante *e* vel *i*  
natiuum suum sonum retinet, solet illi adijci  
u itidem quiescens, & hoc vnum ostendens,  
quanuis sequatur *e* vel *i*, tamen natiuo suo so-  
no hanc literam esse proferendum vt *sanguer* &  
*sanguir*, in quibus nusquam auditur *u*, sed indi-  
cat non esse proferendas istas voces vt si scri-  
beretur *sanje* & *langjie*. Itali verò nescio qua  
ratione hunc sonum per *gh* scribunt, vt *ghin-  
ghic*, *ghioffo*, & similia.



S S S.

**A**SPIRATIONEM Franci quantum fieri potest emolliunt, sic tamen vt omnino audiat, at non asperè ex imo gutture efflata, quod est magnoperè Germanis & Italis præfertim Tuscis, obseruandum. Deinde cauendum accuratè, ne vel vbi quiescit efferatur, (quibus autem in vocabulis quiescat, partim vsus docet, partim etiam suo loco dicemus) vel vbi pronuntianda est prætermittatur, quo vitio purgatis auribus molestissimo, Burgundi, Bituricenses, Lugdunenses, & Aquitani penè oēs laborant, pronuntiantes *en ault*, *l'autesfe*, *l'acguenec*, *l'azard*, *les ousteaux*, *pro en hault*, *la haulte*, *la haquenece*, *le hazard*, *les honsteaux*. Quibus autem in vocibus sonet ex quiescentium recensio et si facile fuerit iudicare, placuit tamen illorū in quibus auditur, plerasque enumerare, quò facilius ubi quisque ab illo vitio cauere possit. In harum igitur dictio num initiis aspiratio pronuntiatur.

S ante la.

**H**A In teriectio exclamantis & imitantis.  
*Hahe*, hasta.

*Halier*, dumetum.

*Haie*, odisse, cum omnibus deriuatis.

*Haier*, cilicium.

*Haieon*, ardea.

*Haie*, vetus verbum Gallicum quo animi ac-



quiescentis alacritas significatur, unde *fon-*  
*hait & fonhaitte*.

*Hale*, forum tectum rerum venalium.

*Haleeret*, thorax ferreus.

*Halea*, sursum funibus onus attollere.

*Haletea*, anhelare.

*Hameau*, viculus.

*Hanap*, patera, vetus Gallicum verbum.

*Hange*, coxa.

*Hante*, hostile.

*Hantea*, frequentare, cum deriuatis.

*Haquebute*, gestatoria bombard.

*Haquene*, gradarius equus.

*Hacquot*, species vehiculi.

*Harangue*, oratio publicè habita.

*Harae*, equorum grex.

*Haretea*, incessere.

*Hardo*, sarcina.

*Hardi*, Audax, cum deriuatis.

*Harey*, halec, pro pisciculo marino.

*Hareu*, incitare, fictitia vox ab interiectione ha.

*Harnie*, hernia, cum deriuatis.

*Havite*, vrgere, ab eadem interiectione ha.

*Harnois*, lorica.

*Haupe*, Cithara, cum deriuatis.

*Haut*, Laqueus.

*Hazard*, periculum incertum, cum deriuatis.

*Haste*, torrens solis æstus, cum deriuatis.

*Haste*, veru, pro quo purius loquentes Franci dicunt *hne* *hroge*.

*Haubert*, *Haubergeon*, thorax.

*Hante*,



*Hauco*, quantum aliquis potest semel arripere.

*Haut*, vncus.

*Hauie*, retorrere.

*Hault*, altus, cum deriuatis.

*Hay*, sepes.

*Hauce*, nauale.

*H* ante *e*.

*He*, interiectio vocantis.

*Heume*, galea.

*Heuor*, nomen proprium.

*Hennir*, hinnire.

*Herault*, fecialis.

*Henni*, nomen proprium.

*Herisson*, herinaceus.

*Hers*, occa.

*Hestondeau*, pullaster.

*Hestre*, cerrus.

*Heurt*, Illisio, cum deriuatis.

*H* ante *i*.

*Hibon*, bubo.

*Hidoux*, horridus.

*Hir*, fistuca.

*H* ante *e*.

*Ho* interiectio vocantis.

*Hobin*, equus tolutarius.

*Hogee*, quater.

*Hoget*, infantile crepitaculum.

*Hoguiner*, contrectatione laceffere.



**Sola**, Interiectio sistentis.  
**Soy**, Interiectio cum indignatione recusantis,  
 vnde **Songre**.  
**Songre**, Hungarus, Cantherius.  
**Songue**, Hungaria.  
**Sonnir**, dedecorare.  
**Sonte**, pudor, ignominia, cum deriuatis.  
**Soquet**, singultus.  
**Soquetoy**, tunicae species.  
**Sorion**, ictus fuste impactus, vox Picardis pe-  
 culiaris.  
**Sore**, foris.  
**Sote**, corbis dofluaria.  
**Sou**, interiectio abigentis cum ignominia.  
**Soubeloy**, lupulus.  
**Soue**, bipalum cum deriuatis.  
**Soulette**, pedum.  
**Souppo**, floccus.  
**Soufcan**, ocrea.  
**Souffe**, stragula sellæ equestri imposita.  
**Souffe**, pertica abstergere.  
**Souffine**, virga arbutæ.  
**Soug**, aquifolia.

## S ante V.

**Suez**, inclamare, fictitia vox.  
**Suche**, mastra.  
**Sucher**, voce accersere, dictio Picardis præser-  
 tim familiaris, cum deriuatis.  
**Sufote**, vlula.  
**Sumen**, sorbere cum deriuatis.  
**Supr**, vpupa.

Suzter,



*Sursus*, vlulare.

ℓ ℓ ℓ.

**L** Natum suum sonum singularis retinet tū dictionem inchoans vt *la, le, li, lo, lu*, tum finiens, vt *al, el, il, ol, ul*. Sin verò geminetur idque ante *a, e*, vel *o* (quod fieri solet consuetudine potius quàm necessaria ratione) tum nihilominus pronuntiatur vt simplex, vt *asseo, bes-ℓ, tessℓ, quæℓℓ, fossℓ, mollℓ*. Ante i verò vocalem edit mollem quendam sonum Hebræ, Græcæ, & Latinæ linguæ prorsus insuetum, pro ximè accedentem ad sonum syllabæ si cū proxima vocali coalescentis, quē Itali quidē per *gl* scribunt, tum in initio, vt in *gli* articulo, tum intra ipsam dictionem, vt *figliuolℓ*: Hispani verò per duplex *ll* initio quoque vocabulorum notant, vt *llamado* quasi *Liamado* trissyllaba dictione. Francis autem hic sonus nullam dictionem incohat, præterquam Bituricensibus qui *glorie* & *glorieu*, & similia effertūt quasi *liorie* dissyllabum, & *Lionieu* trissyllabum scribatur. Sic ergo duplex *ll* à Francis enuntiatur, proximè præcedente i, quæ vocalis si sola fuerit, sonum suum seruat, vt *bisse*, globulus, *fondisse*, sordes in fundo hærentes: *filℓe*, filia: *guilℓe*, craticula: *fourmilℓe*, formicarum instar pullulare: *chenilℓe*, eruca: *pilℓe*, populari: *quilℓe*, lignum paruulum pyramidis instar effictum: *silℓe*, nictare: *sillℓ*, sulcus in re rustica, siue merges. Excipe dictionem ynicā *vilℓe* pro vrbe, in qua sonat ℓ singulare, sic



scripta, vt à sc̃eminino adiectiuo *vis*, vilis discernatur. Sin autem vocalem; præcedat alia quæcunque siue simplex, siue in diphthongo, tum; quiescit, & indicat duplex illud si illo molli sono efferendum, vt ante *a* *bailler*, tradere, *pailler*, palea: *sailler*, salire: ante *e*, *veiller*, vigilare, *treiller*, clathra: ante *ou*, *mouiller*, madescere: *grenouiller*, rana: *bouiller*, bullire. ante *eu*, *feuille*, folium: *veuille*, velim. Sic enim hæc arbitror scribenda non vt vulgo solent, *fuiller*, *buciller*. Quod autem Aquitani & eos imitati nonnulli hunc sonum scribunt per *ℓ* vt *baℓler*, *mouℓler*, & similia, ipsi viderint qua ratione faciant.

om m m.

om syllabā inchoans vero & omnibus linguis vsitato sono compressis labiis effertur, vt *ma*, *me*, *mi*, *mo*, *mu*: syllabam autem finiens siue intra ipsam dictionem, siue in vltima vocabulorum, perinde prorsus pronūtiatur vt *m*, de qua mox dicemus, ita videlicet vt non modo labia non occludantur, sed etiam linguæ mucro dentium radicem non feriat, vt *temporeℓ*, temporalis, *hymneℓ*, hymnus, *dommageℓ*, dānum, *dam*, damnum, *nom*, nomē, *haim*, hamus, *faim*, fames, *temps*, tempus, perinde efferenda ac si scriptum esset, *tanporeℓ*, *himneℓ*, *Donmageℓ*, *Dam*, *mon*, *him*, *fin*, *tand*.

om n y.

Hæc quoque consonās syllabam inchoans natium sonum retinet, vt, *ma*, *me*, *mi*,



mi, mo, mu: intra dictionem autem, vel ultimā  
 dictionis syllabā incipiens, sæpe sonū quendā  
 edit mollē admodū, tum Hebræis tū Græcis,  
 tum etiā fortasse Latinis ignotū, quāuis Italis  
 quoque & Hispanis familiarē: quē illi quidem  
 vt & Frāci, per *gy*, isti verò per *n* superinducta  
 lineola signatū scribunt, hoc caractere vide-  
 licet, *n*, vt post *a*, *gagna*, post *e* clausum *gagne* :  
 post *e* fœmineū, *eongne* : post *i*, *ignoxer*, *guigner* :  
 post *o*, *oegnoy* : post *eu*, *gaigneu* : quę pronuntia-  
 tio eadem penē est, atque si hæc ita scribas &  
 pronunties vt dissyllaba, *gania*, *ganice*, *guinice*,  
*eonoy*, *ganiceu*, *eu* *imove* trissyllabū. Hinc fa-  
 ctum vt nōnulli ante *oy* in huiusmodi vocibus  
 i quiescens inferāt, quod ego quidē nō probo,  
 quum potius si occurrerit sit expungendū. Sic  
 enim à nominibus *coiy*, *tesmoy*, *eu* *besoy*, dedu-  
 cuntur verba, *cogner*, *tesmogner*, *eu* *besogner* : quæ  
 nonnulli, interiecto altero *m*, scribūt *eongner*,  
*tesmongner*, *besongner*. Neque sanē temerē id  
 faciunt, quū sapissimē sic geminētur *m*, vt pro  
*home*, homo, vsus obtinuit vt scribatur & pro-  
 nuntietur *homme*, & *m* quoque in *bonne*, *sonner*,  
*honnere*, *honneſte* à Latinis vocibus Bona, So-  
 nare, Honor, Honestas : licet dicamus simpli-  
 ci *m* *honore* & *honorabile*, ab Honorare & Ho-  
 norabilis. Sic etiam vel expuncto scribendū  
 est *conoiſter*, & *conoiſſance* vel in *n* mutato, *con-  
 noiſter* & *connoiſſance*, pro quibus vitioſe  
 scribi solet *cognoiſter* & *cognoiſſance*. Cuiusmo-  
 di *m* Hebræi non scriberent geminum, sed per  
 daghes forte quod vocāt, aptissimo cōpendio



notarent, cuius exēplum nobis accommodatissimū nostra hæc Francica lingua suppeditat in diuersis dictionibus, quarum prior in *m*, posterior verò incipit à vocali: Exempli gratia, Francicè sic rectè scripseris, *picure sey est alle*, quod tamen sic efferendum est, *picure sey nest alle*. Sic, *oy m'ey a parle*, ac si scriptū esset, *oy m'ey na parle*, illo videlicet prioris dictionis *m* daghessato, & cum vocali sequentem vocem incipiēte coniuncta, pro eo quod Parisiēsum vulgus pronūtiat, *il se nest alle*, *oy me na parle*, per *e* fœmineum vt in pronominibus *se* & *me*. Sed hoc in primis curandum est peregrinis omnibus quod antea in litera *m* monui, nempe hanc literam quoties syllabam finit, quasi dimidiato sono pronuntiandam esse, mucrone videlicet linguæ minimè illiso superiorum dentium radici, alioqui futura molestissima pronuntiatione: quo vitio inter Francos laborant etiamnum hodie Nortmanni. Græcos autem haud aliter hanc literam ante *z*, *z*, *z*, pronuntiare consueuisse annotat ex Nigidio Figulo Agellius.

¶ ¶.

**S**I C C A est admodum huius literæ pronuntiatione vt in reliquis linguis, sed in Frācico idiomate quātum fieri potest emollitur, syllabam in paucis finiēns, vt in interiectionibus *hip* quæ saltantis alacritatem indicat, & *hop* aliquem inclamantis, vt apud Aristophanem *καλάχοις*, & vetere voce iam obsoleta

*ganap*



Sanap pro calice: cap promōtorium: coup ictus:  
vnde aduerbium *seaucoup*: sep, vitis. Germanis  
verò danda est opera ne illam cum c confun-  
dant, veluti cum bræceptor dicunt pro præ-  
ceptor.

Q 9.

**H**ÆC cōsonans syllabam inchoans sem-  
per habet & vocalem adiunctā, sed quies-  
centem vt suo loco dicemus, & hoc vnum in-  
dicantem, hanc consonantem, quæcunque se-  
quatur vocalis, idē valere atque K id est Gre-  
corum Cappa, siue Hebræorū Coph, vt *quand*,  
*quando*: *quant*, quantum: *que*, quod: *qui*, quis:  
*quoti* Sic quotidianus: quasi scriptū sit *kan*,  
*kant*, *ke*, *ki*. Redundat igitur litera C illi à qui-  
busdam præposita in nonnullis vocabulis, vt  
*aque*, *que*, *picque*, nullo prorsus vsu, quum suf-  
ficiat scribere *aque* & *picque*. Syllabam finit  
quantum possum meminisse in hac vnica di-  
ctione *Cog*, gallus gallinaceus: sed desinentia  
in e plurima vocabula scribuntur per qu in de-  
ruiatis, vt *rebeque*, *beque*, *elaque*, *choque*,  
*deserueque*, *greque*, *santa* & *stique*, *publicque*, *cro-*  
*que*, à *rebet*, *bet*, *elac*, *egor*, *fuor*, *grec*, *santa* & *stic*,  
*public*, *cro*. Quædam tamen eiusmodi formāt  
deriuata non in qu, sed in ch, vt, *Duche*, *sachet*,  
*seche*, *roche*, *Deuche*, *acroche*, à nominibus  
*Duc*, *sat*, *sec*, *ror*, *Desinc*, *cro*.

K x z.

**H**ÆC litera siue inchoet siue finiat syllabā,  
natio suo sono profertur. Immo quam-  
C. j.



uis sit omnium literarum asperrima, ideoque apud Hebræos nunquam daghessetur, & Frâncicam linguam constet molitiem pronuntiationis in primis captare, tamen quâ geminatur, fortiter est efferenda, vna quidē priorem syllabam finiēte, altera verò sequētem inchoante, vt *garre*, *benne*, *couue*, *cure*, *ferre*, *fouue*, *quarre*, *berre*. Itaque cauendum est Cenomanorum, Pictonū & Lotharingorum vitium qui duplicem vt simplicem enuntiāt: quum tamen contrā iidem Cenomani simplicem vt duplicem efferant, vt *faire*, facere, & *voire*, verē. Parisienses autem, ac multo etiam magis Altissiodorenses & mei Vezelij simplicem etiam in s vertūt, vt *couey*, *Masie*, *pese*, *mes*, *Theodose* pro *cousin*, *Marie*, *pere*, *me*, *Geode*: quomodo etiam Romani promiscue scripserunt Valeſius & Valerius: honos & honor: & flos & mos retinuerunt pro floc & mor, vt ex obliquis floris & moris apparet. Imo etiam veteres honosem pro honorem scribebant, vt Festus testatur. Sed hoc vitium in Francica lingua nullus mos excusat.

S. f. e.

**H**Æc consonans suo natio sibilo semper profertur dictionem incipiens, vt, *sage*, *seme*, *signe*, *songe*, *surmonter*. Intra ipsam autem dictionē, si inter duas vocales deprehendatur, vnam videlicet quæ syllabam præcedentem finiat, & alterā quæ ipsi signati adhæreat, tunc lenissimo sibilo vt Zain Hebræorum & Francorum Zeta, de quo mox dicemus, non autem



autem vt Græcorū, quod respōdet Hebræo-  
rum Tsade, pronuntiatur, vt *cause*, *desir*, *plai-*  
*sie*, *vaisoy*, *baiscu*, *cruciscu*, *priscu*, *chosc*, *oscu*,  
*scu*, *exscu*, quæ sic efferuntur ac si scribere-  
tur, *cauzo*, *Dezir*, *plaign*, *vaisoy*, *baizcu*, *crucizer*,  
*prizer*, *chozo*, *ozcu*, *ozcu*, *excuze*: idque vique  
adeò perpetuū est, vt etiam hæc litera dictio-  
nem finiens, & inter duas vocales deprehensa  
similiter pronuntietur vt *Lea amee*, *Lea asnee*,  
*Lea engine*, *Lea instrumente*, *Lea orduree*, *Lea b-*  
*sagee*, ac si scriberetur *Leg amee*, *Leg asnee*, *Leg*  
*engine*, *Leg instrumente*, *Leg orduree*, *Leg bsagee*.  
Quod si inter duas vocales duplex scripta cō-  
periat, tunc prior quidem quiescit, poste-  
rior autem perfecto natiuōque suo sibilo pro-  
fertur, vt *aussi*, *baissu*, *laissu*, *chaissu*, *chassu*,  
*dessu*, *dessoube*, *glissu*, *grossu*, *tuissu*, & simili-  
lia. Idem. Itatuendum quoties inter consonan-  
tem præcedentem & vocalem adharētē oc-  
currit, vt *ainsi*, *transi*, *apprehensioy*. Itaque per-  
peram nonnulli *peinsu*, *entrepeinsu*, *peinsoy*, scri-  
bunt & pronuntiant. Quibus autem in sylla-  
bis quæ pluribus consonantibus constant, hæc  
litera sileat, suo locō dicemus.

## ¶ 4.

**H**Æc cōsonās syllabam inchoans, siue so-  
la vt *ta*, *te*, *ti*, *to*, *tu*: siue cum *x*, vt *tax*, *tex*,  
*txi*, *teu*, *txu*, (nam in Francica lingua vix a-  
liam sibi consonantem adsciscit) natiuum su-  
um sonum retinet à litera & distinctum. Hoc  
obseruandum est Germanis, quibus mos est  
has duas literas sæpissimè permutare. Sylla-

C. ij.



bam verò nunquam finit intra dictiones, nisi geminata ac proinde quiescens, vel aliàs superuacanea, vt *Lettuo*, *mettuo*. Caterùm in Francicis vocibus à Latinis in *tio* desinentibus desumptis, (in quibus hæc cōsonans scribitur) nulla certè ratione, sed communi errore ab iis qui vitiosè Latina pronuntiant, in peregrinas quoque linguas propagato, hæc litera pronuntiatur per *e* siue solum vt *interrogatio*, *Dispositio*, & similia plurima: siue cum *e*, vt *affectio*, affectio, quasi scriptum sit *interrogatio*, *Dispositio*, *affectio*: præcedente tamen *s*, suum natium sonum seruat, vt *combustio*. Quòd si dictionem finiat, sequente quacunque consonante, quiescit, vt suo loco dicemus. Sed huic literæ mirum quiddam accidit, nempe vt, vbi nusquam apparet, tamē euphoniæ causa pronuntietur, vt si scribas *paulo-il*, loquiturne? pronuntiandum erit interposito *t*, etiam seruato *e* fœmineo, *paula-il*, Sic in tertiis personis singularibus futuri indicatiui *ira-il*, *paula-il*, & præsentis etiam indicandi in quibusdam verbis, vt *ga-il*, scribitur quidem, sed pronuntiatur *irat-il*, *paulerat-il*, quam pronuntiationem recentiores quidā ad normam scripturæ exigunt: sed hoc certè facere saltem non possunt in tertia persona singulari præsentis tēporis indicatiui primæ cōiugationis vt *ajmo-il*? Veteres autem maiores nostros tertias personas singulares desinentes in *a*, vt *ga* vadit, & tertias singulares tum præteritorum perfectorum, vt *ajma* amauit, tum futu-



futurorum vt *ajmeua*, scripſiſſe & pronuntiaſſe addito, & quod ſcribi paulatim deſierit, indicat Burgundorum dialectus, qui adhuc hodie ſcribunt & pronuntiant, *ſe ſa*, *tu ſa*, *il ſat*, & *i'aima*, *tu aimas*, *il aimat*, & *ie paſſera*, *tu paſſera*, *il paſſerat*.

## X C.

**H**Æc litera in peregrinis dictionibus, neceſſitate quadam Francicæ linguæ ſuauitati veluti vim afferēte, pronuntiatuſ pro duplici *cc* vt *gexces*, *Antagexces*, ſic tamen vt in poſtioriſte iſtorū nominū ſyllaba audiatur alterū *c* duntaxat, quaſi ſcribatur *gexces* *Antagexces*. Sic etiā ſyllabā finiens effertur, vt *excecer*, *exemple*, *exceuter*, etiā ubi *c* redundat, vt *exces*, *exceſſif*. In extremis verò dictionibus idē ſonat prorſus atque *s*, & partim uſu potius quàm firma ratione uſurpatur, vt in dictionibus *noig*, *nux*: *paig*, *pax*: *poig*, *pix*: & in nominibus numeralibus *ſig*, *ſex*, & *ſig*, decem, & eorū deriuatis, vt *ſigieſme*, *ſigieſme*: partim etiam ratione. Quū enim in litera quotidiana & verè Frācica quā manu ſcriptam curſuam vocant, vix ac ne vix quidem diſcerni poſſent *n* & *u*, (quæ cauſa etiamnum hodie cogit Germanos literam *n* ab *n* impoſito quodam apice diſtinguere) uſurpari cæpit *x* pro *s* præcedente, diphthongo *au* vel *eu*, ne in pronuntiatione hallucinaretur, vt *ceug*, *ſicug*, *lieug*, *miug*, ne quis ſiſ adhibituſ eſſet, legeret *ceud*, *ſicud*, *liend*, *miend*. Itidēque uſus obtinuit vt ſcriberetur *cheuauug*, *mauug*, & ſimilia, ne quis legeret *cheuand* et *mand*.

C. iij.



*De ; quod u Græcum falsò vocant.*

**Q**Uum hanc literã viderẽ non modò promiscuè & nulla prorsus ratione inscribenda Frãtica lingua vsurpari, sed etiã falsò i Græcũ vocari, quũ u Græcorũ non sit i, sed u illud exile crassæ diphthongo u oppositum, videor mihi tandẽ cõperisse quod res est: nunquã videlicet maiores illos nostros de isto i Græco cogitasse, sed duplex i vocale scripsisse, vt nũc quoque Germani scribunt, hac nimirũ forma ij: quæ faciliè postea in y degenerarit, & u Græcum vocari cœpit, quod eius formã, Latinis descriptorib<sup>9</sup> familiarẽ, imitaretur. Sic etiã corrupta iam pridẽ Græca pronũtiatione factũ vt u cũ iota cõfundatur. Vfus autẽ istius duplicis ij fuit dũtaxat post aj & oj diphthõgos occurrẽtib<sup>9</sup> diphthõgis aliis ab i incipiẽtib<sup>9</sup>, puta ia, vel ie, aut triphthõgis iau vel ieu, vt plaij: aijs: Loiial: vôiial: Loiiaute: iôijs: iôijs: Loiiaug: in cuiusmodi dictionibus vitio scripturæ tripliciter vitiosa fuit pronuntiatio. Nã alij sic ista efferunt posteriore i eliso, ac si scriptum esset joi, eug, Loi, al: moi, en: plai, e. Alij, vt Aurelij, corruptissimè postèrius i pronuntiant, vt consonantem, priore i expuncto, a, ie: jo, js: io, jeng: Lo, jal: quas prolationes omnes constat vitiosas esse, & illam veram prolationem retinendam in qua diphthõgus gemina, aut diphthongus & triphthongus distinctè audiuntur, nempe plai, ie: ai, ie: pai, iet: pai, iem: iôi, ie: iôi, ieng: moi, iey: Loi, ial: Loi, iaute: vôi, ial: pnonnoi, ieur. Sic maiores nostri primas personas singulares præte-



prat. imper.tū indicatiui modi, vt ai, *moi, ie,*  
 tum optandi, vt ai, *me, voi, ie,* enūtiabant, quod  
 vsurpauit etiam Marotus Psalmo 23. nempe  
*Viens, Ovis, ie,* & *crain Ovis, ie,* trissyllaba: pro  
 quibus postea vsus obtinuit, vt, extrita diph-  
 thongo *ie,* scribamus & efferamus *aimoi, aime-*  
*moi, Viens Ovis, crain Ovis:* sæpe etiam addito *s,*  
 quæ tamen est propria, Græcorum more, se-  
 cundæ personæ singularis nota, nempe *aimois,*  
*aimerois, Viens Ovis, crain Ovis.* Sic enim e-  
 tiam Marotus in quadam Epistola vsum po-  
 tius quàm rationem sequutus,

*O noble Roy François,*

*pardonne moi, car aillours ie pensois.*

Sed & iidem nostri maiores eandem ratio-  
 nem olim sequebantur in tertiis pluralibus  
 personis, per *e* tantum fœmininum in vitima  
 syllaba efferendis, puta, *aimoi, ent: ai, me, voi, ent:*  
 quæ pronuntiatio dupliciter postea corrup-  
 pi cœpit. Quidam enim expuncto *i* pronun-  
 tiant, *aimoent:* & *aimeroent,* per *e* clausum, sic-  
 ut Pictones adhuc hodie tertias personas plu-  
 rales, *aiment,* *Sifent,* sic efferūt vt participia *ai-*  
*mant,* *Sifant.* Aliquj verò, vt Tholofates &  
 alij plerique Aquitani, extrito *e* pronuntiant  
*ai, moient,* & *ai, me, voient,* diphthongo *oi* suo nati-  
 uo sono prolata vt in his vocibus, *sois,* *besois,*  
*tesnois.* At nunc Franci rectè pronuntiantes:  
 quanuis veterè manente scriptura, sic ista effe-  
 runt, vt plures personæ, *aimoient,* *aimeroient,*  
 non sono sed solo accentu circumflexo diffe-  
 rant à singularibus, *aimoit,* *aimeroit* vt si scri-



batur, *ajmôjt, ajmêrôjt.*

Levis autem erit huius literæ emendatio, caractere minimè immutato, sed duplici tantū apice huic formæ *ij* imposito, ut iam omnes nullum hic esse Græcum vnorint, sed duplex *ij*, nusquam alibi scribendum quàm post diphthongos *aj* vel *ej*, sequentibus quas dixi, vel diphthongis vel triphthongis.

## 3.

**H**Æc litera respondens Hebræorum *zain*, non autem eorundem *Tfade*, nec Latinorum *Zetæ*, dictiones aliquas peregrinas inchoat ut *zephire*, *zacinthe*. Vfus etiam obtinuit necessitate quadam ut in nomine numerali *vingt*, scribatur, quia si scriberetur, tum integro sibilo pronuntiaretur *vingt*, nepe si inter consonantem præcedentem & vocalem sequentem deprehensa, sicuti in sigmate diximus. At vsus postea, non eadem ratio, effecit ut similiter scribatur, *vingt*, *treize*, *quatorze*, *quinze*, *seize*, sicut etiā scribimus *ogille*, *oxalis*. Commodè verò mihi facere videtur qui personas secundas plurales verborum, ut à pluralibus rectis nominum substantiuorum distinguantur, hac litera finiunt in *e* clausum desinentes, ut *ajmez*, *ajmêrez*.

## DE DIPHTHONGIS

*Francicis.*

**H**Actenus de simplicium literarum pronuntiatione differuimus. Nunc de syllabis



bis quæ ex duabus vocalibus coalescentibus conficiuntur dicemus, quas diphthongos, id est, geminifonas appellât. Sunt autem eę in duplici differentia. Nam in vnis neutra vocalis auditur, sed tertius quidem sonus ex vtraque conflatus: in aliis verò vtraque profertur, sed in vnicam syllabam coëns. Sunt autem nouem numero, nempe, *ai, au, av, ei, eu, oi, ou, ue, ui.*

## Ai.

**H**anc diphthongum maiores nostri, vt & Græci omnes, quibus nulla est diphthōgus ex *a* & *i* constituta, & veteres Latini sic efferebant vt *a* & *i*, raptim tamen & vno vocis tractu prolatā, quomodo efferimus interiectionē incitantis *hai, hai*, non dissyllabā, vt in participio *hai, exosus*, sed vt monosyllabam sicut Picardi interiores hodie quoque hanc vocem *aimē*, pronuntiant. Sicut autem posteriores Latini Aulæ & Picte, ita etiā Franci, licet seruata vetere scriptura, cœperunt hanc diphthongum per *ae* pronuntiare: sic tamen vt in eius prolatione neque *a* neque *e* audiatur, sed mixtus ex hac vtraque vocali tertius sonus, is videlicet quem *e* aperto attribuimus. Quum enim vocalis *e* propriè penè coniunctis dentibus enuntietur, (qui sonus est *e* quē clausum vocauimus) in hac diphthongo adiectum *a* prohibet dentes occludi, & vicissim



et vetat ne a claro illo & sonoro suo proferatur. Exemplo sunt hæ voces, *parfaite* & *prophète*, quarum penultima non vno modo scribuntur, sed eodem penitus sono enuntientur. Sic prior syllaba in *maître* & media in *permettre*, non sono sed sola quantitate differunt. Nam in illa quidem longa est per quiescens notata, ista verò brevis est, in qua prius et quiescit, ostendens, non esse clausum, sed apertum. Sed duo sunt præterea in hac diphthongo notanda. Vnum, interdum per *diaduo* esse pronuntiandā: vt in verbo *haire*, *odisse*, dissyllabo, & aliquot huius verbi personis, vt *haïsse*, *odissem*: *haïssiez*, *oderam*: quum tamen in themate dicamus *hai*, *haie*, *hait*, nonosyllaba, & in nomine verbali *haine*, dissyllabum: quæ vsu discuntur. Alterum, in hac diphthongo nonnunquam et penitus quiescere, & solum i audiri, sicut dicemus in literarum quiescētium tractatu. Neque hîc mihi dissimulandum videtur vulgi Parisiensium vitiū, qui *faisant*, participium pronuntiant *fesant*. Spondeo in Iambum mutato. Denique & illud notandum est, hanc diphthongum interdum scribi quidem, sed pronuntiatione cum diphthongo et confundi. Nam scribimus quidem *gai*, *balneum*: & *gain*, *lucrum*: & *plain*, *planus*: quæ tamen sic efferimus vt si scriptum esset *gein*, *guein*, *plein*: integra tamen in derivatis restituta diphthongo, vt *plaine*, *plana*: *baïgne*, *balneare*, pro quo tamen extrito multi pronuntiant *bagne*. Sic etiam à voce *gain* deducitur ver-



verbum *gaigner*, vt à Picardis adhuc hodie profertur. Purius autem loquentes hodie, eliso i pronuntiant *gagneu*. Idem contigit in his vocibus *guairie*, & *guairison*, quas plerique extrito i proferunt, *guairie* & *guairison*. Mihi tamen illa vetustior pronuntiatio magis probatur.

*Au & au.*

**H**Æc quoque diphthongus aliter pronuntiat<sup>r</sup>ur quàm scribatur: sic nimirum vt vel parum vel nihil admodum differat ab o vocali, vt, *aug*, *allia*: *paug*, *pali*: *gaug*, *valles*: quæ vix aliter mihi videntur sonare quàm in *oe*, *ossa*, *vos*, *vestri*: *propoe*, *propositum*. Normanni verò sic illa sonore pronuntiant vt *a* & *o* audiat<sup>r</sup>ur, vt qui dicant *autant*, perinde penè ac si scriptum esset *a*, *o*, *tant*: fiuntque fortasse antiqua & vera huius diphthongi tum prolatio tum scriptura quæ in pauculis adhuc dictionibus à nonnullis seruatur, nempe in *paoy*, *pauo*: *faoy*, *fœtus*, in quibus nunc o quiescit. Pronuntiamus enim *pay*, & *faoy*. At in verbo *faouner*, quod de ceruarum partu dicitur, mansit & scriptura & pronuntiatio huius diphthongi integra. Sic veteres Franci scribebant & pronuntiabant *pauou*, *pauor*. At nunc sic quidem plerunque hæc dictio scribitur, sed tamen effertur per *eu* diphthongum, ac si scriberemus *peur*. In duobus autè istis vocabulis *paouere*, *pauper*, & *paouerte*, *paupertas*, videtur o insertum ne quis



pronūtiare *pon, ve, & pou, ve, te, per ou*, diphthō-  
 gum. Sed vitari facilius hoc potuit, si vel vt  
 maiores nostri vsurpato caractere & conso-  
 nantis scriberetur, *poūre, & poūrete*, vel per *au*  
 diphthongum *paūre & paūrete*, vt hodie nō-  
 nulli scribunt. Itaque vt ad diphthongum *au*  
 reuertar, quum initio scriberetur & efferretur  
 per *ao*, quam prolationem Normanni retinēt,  
 paulatim in *u* mutatum fuit: vnde tandem  
 tertia hodie vsitata prolatio nata est, & extri-  
 to, & hac diphthongo vt *u* simplex pronun-  
 tiata. Sed hīc obseruandum est si hanc scriptu-  
 ram proximè sequatur aliqua vocalis, tunc  
 nullum esse huic diphthongo locum, sed &  
 esse consonans quam digamma Æolicum vo-  
 cauimus, & cum illa proximè sequente vocali  
 coherere, vt *auare*, auarus: *auanture*, euentus  
 fortuitus: *auire*, remus: *auire*, abortire: *au-  
 ire*, habere: *Auvergne*, Aluernia. Præterea istud  
 quoque prætereundum non est, hanc diphthō-  
 gum sapissimè nasci ex *al* syllaba in deriua-  
 tis à Latino sermone deductis, vt *auster*, ab al-  
 ter: *haust*, ab altus, & alia plurima: sic tamen vt  
 si occurrerit in vltima syllaba, feruetur in re-  
 cto singulari, mutetur autem in *au* in plurali,  
 vt *mal*, malum: *mau*, mala: *geual*, cabal-  
 lus: *geua*, caballi. Postreimò & illud est ob-  
 seruandum, errore factum vt in futuro indi-  
 catiui, præterito imperfecto coniunctiui, ab  
 infinito modo verbi habere, *u* consonans,  
 tanquam vocalis in hanc diphthongum *au*  
 coiens, pronuntiari cœperit, nepe vt *au, vai: au,*

vaē.



*rac: au, va: au, rone: au, rez: au, vont: quū* & infinitus modus à quo futurum indicandi modi formari consuevit, nempe *avoir*, & ipsum etymō Latinæ dictionis, manifestè conuincant & consonantem esse in hoc toto verbo, in quam & litera fuit mutata: sicut *p* mutata etiam est in eandem consonantem in verbo *Recipere*, *recevoir*, vnde deducitur futurū *recevrai*. Itaq. nō dubiū est quin maiores nostri pronuntiarēt *a, vrai: a, vrae:* & sic deinceps, vt Itali haue-  
ro, hauerai, hauerai, haueremo, hauerete, haue-  
rāto. Vsus autem postea obtinuit vt extrito *u* dici cœperit, *arai, arae, ara, arone, arez, aront*, quod quidem illi per manifestam inscitiam inuectæ pronuntiationi anteposuerim.

Et.

**H**Æc diphthongus non profertur nisi mox sequente *e*, & ita pronuntiatur vt paululum prorsus ab *i* simplici differat, vt *gueine*, vagina: *plein*, plenus: cuius tamen fœmininum *plene*, vsus obtinuit vt absq; *i* scribatur & effe-  
ratur, Picardis exceptis, qui vt sunt vetustatis tenaces, scribunt & integro sono pronuntiat *pleine*. Idem autem vsus effecit, vt in Francicis non paucis dictionibus à Latinis per *i* simplex scriptis deductæ, hæc diphthongus scribatur expresso etiam *e*, sed vsque adeo obscure & correptè, vt vix eius sonus sentiatur, vt *seign*, sinus: *ceindre*, cingere: *seindre*, fingere: *peindre*, pingere: *ceindre*, tingere: *seindre*, vincere:



cum deriuatis. Præterea obseruandæ sunt  
dictiones quæ nonnisi per *διὰ λυσι* scribuntur  
& efferuntur, vt *reiteven*, reiterare, quatuor syl-  
labarum: & *obeien*, trissyllabum, cum suis de-  
riuatis. Denique ante duplex *ss* scribitur qui-  
dem *e* sed i quiescente, & solo *e*, aperto pro-  
nuntiato, vt *treisse*, pergula: *treissie*, cancelli: *cor-  
neille*, cornix: *corbeille*, corbis: *veisse*, vigilia:  
*veisseen*, vigilare.

En.

**I**N hac diphthongo neutra vocalis distin-  
ctè, sed sonus quidem ex *e* & *n* tempera-  
tus auditur, quem & Græcis & Latinis igno-  
tum vix liceat vlla descriptione peregrinis  
exprimere, vt *beuf*, *ceuf*, *euf*, *feu*, *ieu*, *ieuf*, *ioieuf*,  
*assen*, allodium: *meuf*, nouè: *pen*, paucū: *seur*, so-  
ror: *veu*, votum: & similia, in quorum nonnul-  
lis Picardi nescio quo modo elidunt *e*, vt  
quum pronuntiant *Sin*, & *in*, pro *Sieu* &  
*ieu*. Sic apud eos qui purius Frâncicè loqui exi-  
stimantur vsus obtinuit vt *e* exteratur, primū  
in quibusdam nominibus & verbis quæ vsu  
potius quàm vllis regulis dignoscuntur, vt  
*seur*, securus. (Nam in *seur* pro sorore diph-  
thongus integra auditur: *sur* verò pro austero  
gustu, & pro Super, simplici *n* scribitur) vnde  
*seurte*, securitas: *asseuren*, & *assurance*, quasi  
assecurare, & assecurationē dicas: *meurete*, ma-  
turitas: *meur*, maturus. Et in genere per *n* voca-  
lem simplicem à rectè pronuntiantibus effe-  
run-



runtur quæcunque verbalia desinunt in *eue*,  
longum, vt *bleffeu*, *læfura*, *caffeu*, *fractura*:  
*maueu*, vulneratio: *compneu*, ruptura ab in-  
finitis, *bleffeu*, *caffeu*, *maueu*, *compneu*. Idem  
obseruandum est in omnibus participiis præ-  
teriti temporis passiuus, tum masculinis tum  
fœmininis in hanc diphthongum terminatis,  
vt *eu*, habitus, *eue*, habita, (quas voces Aurelij  
& vicini Carnutes, vitiosissimè efferunt per  
*διαλυσιν* eî, vt dissyllabum) *beu*, *beue*, bibitus,  
ta: *reueu*, *reueu*, receptus, ta: *creu*, *creue*, credi-  
tus, ta: *deu*, *deue*, debitus, bita: *leu*, *leue*,  
lectus, lecta: *meu*, *meue*, motus, mo-  
ta: *seu*, *seue*, scitus, scita: *teu*, *teue*, tacitus, ta: *ueu*,  
*ueue*, visus, visa, & alia eiusmodi. Idem obser-  
uandû in subiunctiuu modi tempore imperfe-  
cto, vt *seuiss*, scirem: *euiss*, haberem: quæ ta-  
men omnia tum nomina tum participia, Car-  
nutes, (vt dixi) & Normanni hac integra di-  
phthongo proferunt vt & Aquitani interiores  
apud quos poetas sæpe inuenias falsa *ομοιτε-  
λευτα* hac diphthongo, vt *heue* & *duu*: *enguauu-  
ue* & *figure*: *heue*, & *nature*.

Quod autem diximus de diphthongo *qu*,  
est etiam in ista obseruandum, nempe vocali  
proximè sequente nullum esse huic diphthon-  
go locum: sed & consonantem esse, & cum illa  
vocali coherere, vt *seuerite*, seueritas quatuor  
syllabarum: *uece*, *uui*, recipiam: *apeue*, *uui*, per-  
cipiam.

¶ i.

**H**Æc diphthongus natiuo suo sono, id est,  
vtraq. correpte prolata vocali profertur,



quoties cum illa cohæret *m*, vt *moins* -, minus: *moins* *Deo*, minor: *soin*, sollicitudo: *loin*, longè: *besoin*, necessitas: *tesmoins*, testis, quibus dictionibus extremis imperitè nonnulli *g* ad-  
iiciunt. Sin minùs, id est, nisi *m* habeat adian-  
ctum, non amplius diphthongi, sed triphthon-  
gi sono pronuntiat, nêpe vt *vai*, & diphthon-  
gus *ai*, pro *a* siue pro *e* aperto, vt *soi*, lex: *soig*,  
leges: *moi*, ego: *moie*, mensis: *roi*, rex: *soi*, se: *toi*,  
tu, *voi*, video, quas dictiones vulgo vitiosè per  
falsum *g* Græcum scribunt, vt suo loco dixi-  
mus. Huius autem diphthongi piguiorem &  
latiorem sonum nonnulli vitantes, expungunt  
*o*, & solâ diphthongû *ai*, id est *e* apertum reti-  
nuerunt, vt Normanni, qui pro *soi*, fides, scri-  
bunt & pronuntiant *fai*: & vulgus Parisien-  
sum *parlet*, loquebatur: *allet*, ibat: *venet*, venie-  
bat, pro *parloit*, *alloit*, *venoit*, & Italo-franci pro  
*Angloie* -, *françoie* -, *Escoffoie*, pronuntiant,  
*Angloie* -, *francoie* -, *Escoffoie* -, per *e* apertû ab  
Italis nominibus Inglese, Francese, Scosese.  
Nam ab hac triphthongo sic abhorret Italica  
lingua vt *toi*, *moi*, & similia per dialysin, pro-  
ducto etiam *o* pronuntient *foi*, *i*, & *mo*, *i*, dis-  
syllaba.

Corruptissimè verò Parisiensum vulgus  
Dores *πλαταζοντες* imitati, pro *voivre* -, vi-  
trum: siue vt alij scribunt, *deivre* -, *foivre* -, palea  
farracea: scribunt & pronuntiant *voivre* -, &  
*foivre* -: itidémque pro *trois* -, tres, *trois* -,  
& *trois* -,



Ou.

**I**N hac diphthongo neque o sonorum neque u exile, sed mixtus ex utroque sonus auditur, quo Græci quidem veteres suum o Romani verò suum v vocale, vt & nunc Germani, efferebant: vnde illud accidit, vt nunquā in Latina lingua hæc diphthongus scriberetur. Sed hîc, vt antè admonui cauendum est, ne vel Lugdunensium qui ou pro o, vt *roustres*, *voustres*, pro *nostris*, *sostris*, vel Delphinatum & Sabaudorum vitium sequamur, qui errore contrario o pro ou proferunt, vt *cop*, *seaucop*, *oi*, *toiment*, *solouu*, pro *coup*, *seaucoup*, *oui*, *toiment*, *doulouu*.

I e.

**H**Æc etiam vtraque vocalis raptim pronuntiata coalescit in vnicam syllabam, vt *siere*, zytum vel sandapila: *tiède*, tepidus dissyllaba: & foemina omnia adiectiua à masculinis in *ie*, vt *entiere*, *merciere*, *Gambriere*: tum post diphthōgos *ai*, vt *plaije*, *joi*, vt *ioije*, *eu*, vt *ioijeu*, *ui*, vt *ssuijeu*, *ennuijeu*: tum ante i simplex, vt *ieug*, oculi, *siug*, veteres, monosyllaba: tum ante d, in vnico nomine *piéd*, pes, vt scribunt & pronuntiant integrè Picardi: tū ante s, vt, *ciel*, *fiecl*, *miecl*, *viecl*. Itidem ante v vel cum ipsa diphthongo coalescens, vt *siey*, *siy*, in quibus tamen vocibus diximus e vt i proferri ac si scriptum sit *siin*, *siy*, vel separatim vt *siene*, *mienne*, dissyllaba: & *sienne*, *trif-*

D j



syllabum. Item ante *e*, siue in prima syllaba, vt *tierement*, trissyllabum: siue in fine, vt *acie*, *chalybs*, *cedice*, & *fice*, *hice*, monosyllaba, *genalic*, trissyllabum: *premic*, *panic*, *tripic*, *requic*, *requiro*: *vasfic*, *prunæ*: *Gausse*, *tice*. Excipe infinitos omnes modos verborum actiuorum in *ie* desinentes, qui omnes per *διάλυσι* proferuntur, vt *fier*, *fidere*: *mic*, *negare*, dissyllaba: quod valet etiam in verbalibus inde deductis, vt *uenic*, *enndic*, ab infinitis *uenic*, *ennuic*, & nominibus in *ieu*, quæ à Latinis in osus oriuntur, vt *curieu*, *curiosus*: trissyllabum, & similia.

ui.

**I**N hac quoque diphthongo merè Græca utraque auditur vocalis vno tractu pronuntiata, vt *huic*, *buxus*, *huic*, *hostium*: *sui*, ipse: *hui*, *modius*: *hui*, *nox*: *hui*, *noceo*: *puis*, *post*: *sui*, *sequor*: *sui*, *sum*: *huic*, antiquum Francicū nomen pro riuo, vnde *huissiau*, *riuulus*: quæ omnes dictiones, vt & similes aliæ, sunt monosyllabæ. Sic *huist*, *ostrea* dissyllabum est, & *stenuic*, trissyllabum *reconduic*, tetrassyllabo: & alia quamplurima. Sed obseruanda est syllaba *ui* per digamma Æolicum efferenda, & ab hac diphthongo prorsus diuersa, vt *viue*, *vic*, *vict*, *oive*, *vig*. Nam ab hac diphthongo nulla Francica dictio inchoatur. Sic etiam *envic* & *enueu*, & alia similia non hac diphthongo, fed



RECTA PRONVNT. 51  
sed Æolico digammate siue & consonante  
pronuntiantur.

DE FALSIS DIPHTHON-  
gis duabus ea & eo.

FALſo inter diphthongos à grammaticis  
noſtris nonnullis iſtæ vocalium coniun-  
ctiões refertur quum • in vtraque quieſ-  
cat, ſicut in g litera diximus: nec aliam  
ob cauſam adhibeatur, quàm vt ſignifi-  
cet g in his dictiõibus non ſicut ante a & o  
conſuevit, ſuo natiuo ſono, ſed pro j conſo-  
nante proferendum, vt *mangea* & *flagolet*,  
quaſi ſcribatur *manja* & *flajolet*. Species ta-  
men quẽdam eſt prioris diphthõgi in *oui* *ſea*,  
vt maiores noſtri loquebantur, pro eo quod  
nunc dicimus *oui* *ſa*, affirmationem augen-  
tes: quam particulam ſubtiliter nonnulli vo-  
lunt eſſe Græcorum δ Doricè mutatum. Hoc  
verò ne cui videri poſſit inane commentum,  
ſciat adhuc apud Aurelios uſitatiffimum eſſe  
iuriſiurandi ſpeciem *ma* *ſia*, id eſt *μα* *ſια*, &  
*mi* *ſa*, quod eſt manifeſtè Græcorum *μη* *ſια*.

DE FRANCICIS  
triphthongis.

HAbent etiam triphthongos Franci, alias  
quidem veras & legitimas, nempe *ean*, &  
*ien*, alias vero falſo ſic appellatas, nempe *iei*  
*ſen*, *oui*: alias denique mutata pronuntiatione

D ij



non modò iam superfluas, sed etiam noxias, ac meritò, si pati posset lingue consuetudo, expūgendas, cuiusmodi sunt *iei, uen, oni*.

*Eau.*

**I**N hac triphthongo auditur *e* clausum cum diphthongo *au*, quasi scribas *eo*, vt *ean*, aqua: (quam vocem maiores nostri scribebāt & proferebant addito *e* fœminino *caue*) *sean*, fitul a: *xei* *sean*, riuulus: *bean*, vitulus: *bean*, bellus, sequente consonante, vt *by bean* *man-tean*, *by bean* *garçon*. Nam sequente vocali dicimus *bel*, vt *by bel* *homme*, *by bel* *accord*: vnde oritur fœmininum *belle*, bella. Vitanda est autem vitiosissima vulgi Parisiensis pronuntiatio in hac triphthongo, nempe *siane*, & *sian*, pro *sean*, *bean*, *xei* *sean*, & similia.

*Ieu.*

**A**Vditur etiam in hac triphthongo *i* vocalis cum diphthongo *eu*, raptim pronuntiata, vt *ieue*, cœli: *Dieu*, Deus: *dieu*, dii: *sieu*, locus: *sieu*, loci: *ieu*, oculi, à singulari obsoleto, *ieul*, quo vulgus Parisiensium adhuc vtitur. Est autem hæc dictio à vocabulo *jeu*, *io* *ci*, discernenda, in qua *i* non est vocalis, sed cōsonans. Et hîc monendi sunt Germani vt paulatim huic triphthongo raptim pronuntiandæ assuefiant, vtpote qui *Dieu* quasi dissyllabum, & quidem priore producta, proferre con-



confueuerint. Et hæ quidem sunt veræ diphthongi: quæ verò sequuntur sunt adulterinæ, nempe, *iei*, *ueu*, & *oui*.

*Iei.*

**S**ic scribitur hæc vox *ieiſſe*, vetula, in qua vocalis *i* apponitur, nō vt proferatur, sed vt ostendat duplex *ſſ* esse molliter enuntiandum, sicut in *ſ* litera docuimus. Nam alioqui pronuntiaremus *ieie* per simplex *ſ*, & prius *e* apertum, quod est instrumenti cuiusdam musici nomen.

*ueu.*

**N**E hæc quidem est triphthongus, quum in hac trium vocalium congerie, sola *eu* diphthongus audiatur: *u* vocali præposita, nō vt efferatur, sed vt ostendat, *e* vel *g* literam, quum ante *e* soleat, illa quidem vt *ſ*, ista verò vt *j* consonans pronuntiari, natiuo suo sono vbi hæc diphthongus occurrit esse proferendā: vt *ueu*, quali, *keu* scribas: *gueuſe*, gula: *gueuſ*, medicabulum. Sic etiam scribitur vetus Gallicum vocabulum, *queuſ*, coquus,

*Oui.*

**S**cribi solent hæ tres vocales in quibusdam dictionibus ante *ſſ* molle, ideoque triphthongum non constituunt, quum; non sit adiecta vt pronuntietur, sed vt mollem sonū illum duplicis *ſſ* significet, vt *muſſe*, maderare: *ruſſe*, ærugo: qua etiam ratione, nempe & situ & pronuntiatione, hæc syllaba dif-

D iij



fert ab *oui* dissyllabo, vt *oui*, ita, & auditus: *ion-*  
*iv*, frui: *efioniz*, latari, & similia.

## Oeu.

**H**uius triphthongi vt & duarum sequen-  
tium vsus planè nullus est in pronuntia-  
tione, quæ tamen peregrinos torquere possit.  
Nam scribimus quidem *oeu*, opus: *voeu*,  
votum: *oeuf*, ouum. Sic etiam adhuc nonnul-  
li scribunt *boeuf*, bos: in quibus tamen omni-  
bus penitus quiescit. Pronuntiamus enim, *eu-*  
*ue*, *euf*, *beuf*: neque video cur adscribatur, ni-  
si fortasse propter Latinas voces à quibus de-  
ducuntur, nempe opus, votum, ouum, bos: vel  
quoniam in horum deriuatis mutatur in *o*,  
vt *oeu*, *oeu*, operarius: *o*, *oeu*, oua parere per *o* con-  
sonans: *boeuf*, bubulcus. Sed neutra hæc ra-  
tio vllius est momenti: neque causam iustam  
huius scribendæ triphthongi video, nisi for-  
tassis in hoc vnico verbo *oeu* & *oeu*,  
quibus utebantur veteres pro *oeu*, coope-  
rit: & *oeu*, currere: in quo vocalis quies-  
cens ostendit literam esse non pro *s*, sed na-  
tiuo suo sono efferendam, quo modo etiam  
plurimi hodie scribunt *oeu*, cor.

## Oci.

**H**æ tres voces sic scribi plerunque solent  
in vnica voce *oci* oculus, quæ scriptu-  
ra si est germana, ostendit maiores nostros  
pronuntiasse *oci* pro oculo, singulari nume-  
ro.



ro. Sed suspicor potius *u* alteram *eu* diphthongi vocalem fuisse ab imperitis extritam, & veteres scripsisse *ocul*, præposito *o* quiescente, sicut in proximè præcedente triphthongo diximus, ad ostendendum Latinae vocis, oculus, etymon. Eadem autem in scitia factum est, ut *i* vocalis quiescens, huic dictioni infereretur, nempe propter deriuatum *ocul* *la* &c., quo significatur oculorum in rem aliquam coniectio: in qua dictione *i* adiicitur de more: non ut proferatur, sed ut mollem illum sonum duplicis *ss* designet, sicut aliquoties iam repetiuius. Vt cunq. sit, oculum vocamus *eu* *l*, *eu*, diphthongo purè & integrè prolata.

¶

**H**Æ tres vocales nusquam nisi ante duplex *ss* scribuntur, inserta rursus vocali *io* non ut proferatur, sed ut mollis ille duplicis *ss* sonus ostendatur. Nec tamen in *ue*, auditur *u* & *e*, sed diphthongus *eu* plenè & sonorè prolata. Sic enim pronuntiamus *ocul* *ss*, colligere, cum deriuatis & compositis *fac* *ss*, cum deriuatis, folium: *ocul* *ss*, velim, ac si *i* quiescente, & duplex illud molle *ss* designante, scribatur *fen* *ss*, *ocul* *ss*: & *o* quiescente, & natium sonum *g* literè indicante, scribatur *ocul* *ss*. Cur igitur, inquires, non sic scribitur, & pronuntiatur? certè propter characterum inopiã, quoniam

D. iiii







*De literis quiescentibus.*

**L**iteras quiescentes habet Gallica lingua Hebræorum more, quarum plerasque tamen probabile est olim fuisse pronunciatas, & paulatim vsu quodam veluti attritas, vt ex eo liquet quòd vix vlla est Galliæ prouincia cuius dialecto nonnullæ literæ non sileant, quæ in aliis efferuntur. Quiescentes autem istæ in nonnullis vocibus idcirco retinentur, vt discrimen aliquod constituatur inter voces alioquin similiter prorsus enunciatas, vt quum scribimus *fust*, esset: vt distinguatur à *fut*, fuit: itidémque *fist*, faceret: vt discernatur à *fit* fecit, in quibus tamen vtrisque eadem prorsus auditur pronuntiatio, eo excepto quòd in *fust* & *fist* auditur tonus cum flexu: aliorum verò duorum puta *fut* & *fit*, brevis est pronuntiatio: quod discrimen typographi imperiti non obseruant. Subseruiunt etiam litteræ quiescentes indicandæ etymologiæ, vt quum scribimus *petite*, inserta litera *t*, quod tamē quiescit: nempe vt sciamus hunc numerum pluralem non deduci à nominatiuo *peti*, sicut dicimus *ami* num. singulari. & numero plur. *amis* — sed à nominatiuo *petit* & vt moneamur scemininum adiectiuū non esse *petit*, sicut à masculino *ami* deducitur scemininū *amis*: sed *petite*. Verū vt hæc ratio innōnullis dictionibus valeat, sitque diligēter obseruanda, non tamen consequitur tan tam esse habendam etymologiæ rationem, vt necesse sit temere quasuis literas ad illam declarandā



requiri: vt interim nō dissimulem plus hīc sēpe valuisse infelicissimam seculorum barbariē quā rationem. Itaque fatendum est multas hodie in Gallico scribendo sermone literas quiescentes scribi, quas omitti præstiterit, si modò posset istud ab imperitis, quorum lōgè maximus est numerus, impetrari. Dicemus autem priore loco de quiescētibus vocalibus.

*De A, quiescente.*

**A** si occurrat geminatum, prius quiescit, quod in paucissimis vocabulis euenit, vt *baaistee*, oscitare, vt distinguatur à *baistee* tradere. Item in hac voce *aage*, ætas, quā nōnulli scribunt *eage*, & videntur Galli veteres hac in re imitati veteres Romanos, quos ait Fabius, consueuisse productas vocales scribere geminas, sicut etiā Græcorum « duo epsila, & ω duplex o refert. Voces autem istæ Isaac, Aaron, Baal, vt Hebræa sunt, sic etiam integro suo duplicis vocali sono Hebraico pronunciari debent.

I I. Quiescit coniunctum cum o, vt nonnulli scribunt *sauul*, satur, quum pronunciemus *souul*, immò etiam *sou*, quiescente litera s. Sic quoque scribitur *paouue*, pro quo pronuncianus *pooue*, digammate videlicet Æolico, cuius characteris neglectus vsus Francicæ linguæ scripturam multis literis alioqui minime necessariis onerarunt.

III Quiescit coeunte vocali; & u, ad constituendam syllabam eandem, vt *pain*, panis:  
*ainsi*,



ainsi, ita: *sanct*, *sanctus*: in quibus *a* non auditur. Campanorum verò istud est proprium, quòd in his vocabulis pronuntiant diphthongum *ai*, id est *e*, quod apertum vocauimus: vt *per*, *mer*, pro quo Itali *per a*, *pan*, & *man*. Sed si *a* sese adiungat sequenti vocali, tunc diphthongus *ai* tota pronuntiatur. Sic dicimus in adiectiuo masculino *vain*, quasi scriptum sit *vin*, *a* vocali vel prorsus quiescente, vel exiliter admodum sonante: at in foeminino dicimus *vaine*: & similiter *serain*, *serenus* quiescente *a*, in foeminino verò *seraine*, *serena*: sic *sain*, *sanus*: in foem: *saine*, *sana*.

De *e*.

**E** Quiescit similiter in diphthongo *ei*, sequente *i*, in eadem syllaba, vt *plein*, *plenus*, quasi scriptum sit *plm*: contra verò in foem. exterritur *i*. Pronunciamus enim & scribimus, *plem*.

II. Superflua est hæc litera meritò, si ratio vsui dominaretur, expungenda in quibusdam vocabulis vt *sein*, *sinus*: *peindre*, *pingere*: *ceindre*, *cingere*: *vaincre*, *vincere*: *feindre*, *fingere*. Docente etymo temere & per abusum litera *e* in hæc vocabula irrepisse.

III. Quiescit sequente *a*, vel *o*, post *g*, vt *mangea*, *manducauit*: *gagea*, *pignus deposuit*: *flagéol*, *calamus agrestis*: in quibus vocibus scribitur *e*, non vt proferatur, sed vt ostendat *g* in illis non retinere natium suum sonum, ante *a*, & *o*, sed pronuntiandum esse vt *j*, consonantem.



III. Quiescit præcedente *e*, & sequente *e*, vel *a*, vt *commança*, incoepit: vel *e*, vt *commance* incipiamus, vbi rursus scribitur *e*, vt significet literam *e*, non retinere suum nativum sonum ante *a*, & *e*, in illis dictionibus, quasi scriptum esset *commenka*, *commenkon*, sed pronunciari per duplex sicuti diximus in *s*, litera, vt si scriptum sit *commansa*, & *commansone*.

V. Quiescit sæpe in diphthōgo *eu*, in qua auditur tantum *u*. Huius rei exemplum habemus duplex in hac voce *heureug*, in cuius priorē syllaba Galli rectē pronunciantes, omittūt literam *e*, quasi scriptum sit *hucug*: in posteriore verò totam diphthōgū sonant, quamvis hæc vox oriatur à monosyllaba dictione *heur*, in qua diphthōgo *eu* tota auditur. Locum autem habet hæc regula sine exceptione in participiis omnibus passivis hac diphthongo terminatis, vt *eu*, habitum: *scen*, scitum: *uacen*, receptum: *ven*, visum, & similibus, quasi scriptum sit, *u*, *su*, *uacen*, *ven*, vitiose totam in his diphthongum efferentibus Aureliis, & Carnutibus, atque adeò Normanis.

De *f*.

I Quiescit ante duplex *e*, quod molle vocauimus, præcedente vel *a*, vt *caisse*, coturnix: vel *e*, vt *uaille*, auris: vel diphthongo *eu*, vt *euille* folium: (sic enim scribendum arbitror hanc vocem & alias similes, non vt vulgo solent, *fuaille*, *uaille*,) vel *ou*, vt *mouiller*.  
Non



Non quiescit autē etiam ante duplex *ss* mole quando finit præcedentem syllabam, vt *siel-*  
*le*, *fillo*, *famillo*, *chenillo*, *pillo*, cum deriuatis.

## De O.

**H**Æc vocalis quiescit in diphthongo *ou*, vt *paou*, *pauo*, *saou*, *foetus*. Est enim Gallis molestissimus concursus vocalium *o* & *u*, etiam extra diphthongum, & interposito *u*, vt *ou a dit*, quod pronunciamus quasi daghessata *u*, Hebræorū more scribatur *ou na dit*. Bituricensiū certē mos in hoc sono efferendo per simplex *u*, molestissimus est Francorum purē loquentium auribus. Sed & quum præcedit *a* finiēns dictionem, si sequens dictio incipiat ab *o*, interponitur *t*, quamuis non scribatur. Scribunt enim Galli *Siva-ou*, dicitur ne: & *iva-ou*, ibitur ne: pronunciant autem *Sivat-on: iuat-on*, nisi malimus dicere *Siva-Lon*, *iva-Lon*. Sed de hoc dicemus in litera *t*.

Item quiescit in triphthongo *ocu*, vt *ocuuu*, opus, *ocuf*, bos: *ocuf*, ouum, quæ pronuntiantur vt si scriptum esset *ocuuu*, *ocuf*, *ocuf*, in quibus certē scribendis vocibus *o*, prætermitti potuit, vt suo loco diximus.

## De V.

**V** Vocalis quiescit post *g* sequente *e*, vt *sanguo*, lingua: vel diphthongo *eu*, vt *gucule*, gula: vel *i*, vt *languia*, languere: idcirco tantū



adscriptam, vt significetur *g*, quod ante *e*, & *i*, pronunciari solet vt *i*, consonans, natium suum sonum in illis vocibus retinere.

Item quiescit post *e*, sequente *eu*, vt *eucue*, cor: quomodo etiam scribunt *euuissie*, & *ecueu*, sic pronunciato, ac si per *k*, scriberetur *kue*, *kuissie*, *ekue*.

Item quiescit post *q*, quæcunque vocalis sequatur, nempe vel *a* vt *Quand*, vel *e*, vt *que*: vel *i*, vt *qui*.

Postremò quiescit in quibusdam temporibus verbi Habeo, nempe in futuro modi indicandi, & imperfecto modi subiunctiui. Nam hæc tempora incipiunt à vocali *a* & *u* consonante, quæ consonans *s* paulatim est extrita, ac proinde perperam à nonnullis pro *u* vocali accipitur, ad constituendam diphthongum. Itaque sic quidem scribitur futurum *i'aurai*, habebō: *tu aurat*, habebis, *il aura*, habebit: *nous aurons*, habebimus: *vous aures*, habebitis: *ils auront*, habebunt: imperfectum verò subiunctiui *i'auvoi*, haberem: *tu auvois*, haberes: *il auvoit*, haberet: *nous auvions*, haberemus, *vous auviez*, haberetis: *ils auvoient*, haberent, quæ omnia extrita, vt vsus obtinuit, consonante *s*, pronuntianda sunt per simplex *a*, ac si scriptum esset, *aurai*, *aurat*, *aura*, non autem per diphthongum *au*. Nam *s* esse in his vocibus consonantem siue digamma, non autem vocalem, ostendit infinitus modus *auois*, habere, & analogia. Mutatur enim *s* in *s* digamma, non in *u* vocalem: ac proinde dubium non est verteres

Gallos



Gallos pronuntiasse i'auroi, & ceteras personas, per consonantem i'auvai, & i'auvai. Sicut Itali pronuntiant hauero, & hauerei.

## DE CONSONANTIBVS quiescentibus.

*Regulae generales duae.*

I.

**N**Vlla consonans quiescit inchoans syllabam, praeter *g*, ante *n*, molle, sicut in *g*, dicemus, & *fin* plurimis vocibus, sicut suo loco declarabimus.

II. Quoties scribitur duplex consonans, prior quiescit, exceptis *cc*: *mm*: *nn*: *xx*: quarum neutra quiescit, sed prior syllabam praecedentem terminat, posterior vero syllabam inchoat: vt *accede*—, accessus: *homme*—, homo: *sonne*—, bona: *guerre*—, bellum. Duplex enim *ss* non pronuntiatur vt duplex: sed vel vt simplex, vt *femelle*—, foemina: *celle*—, bella: vel molli illo sono, de quo sapissime iam à nobis dictum est. Itidemque duplex *ff* non pronuntiatur vt duplex, sed vt simplex nativo suo sono, vt *chauffe*—, caliga. Seruanda autem est in primis haec regula in adiectiuus pluralibus, in quibus formatiua litera numeri sing. seruata, asperiorẽ redderet pronuntiationem, vt *cc*, in *secc*—, à singulari *sec*: *fe*, in *guiefe*—, à *guief*: *le*, in *tefe*—, à *tel*: *pe*, in *sepe*—, à *sep*: *te*, in *petite*—, à *petit*: in quibus omnibus aut prior consonans quiescit, aut ita molliter pronuntiatur, vt vix sentiatur.



## De B.

Nullam Gallicam dictionem claudit, vt  
 B neque Græcam neque Latinam, excepta  
 vnica Latina propositione AB, quæ est à Græ-  
 corum *ἄβ* deducta: vt Græca rursus ab He-  
 bræa voce AB, quæ originem notat. Sed He-  
 bræas dūtaxat aliquot voces finiens, vt Iacob,  
 Nadab. Finiēs autem syllabam intra ipsam di-  
 ctionem, nunquam scribitur nisi vel ante s  
 simplex, vt *absent*, absens: *obsequia*, exequiæ, &  
 tunc non quiescit: vel ante s̄ & tunc pronun-  
 tiatur quidem, sed ita vt eius literæ siccitas  
 mitigetur, quantum fieri potest, vt *obscur*, ob-  
 scurus, cum deriuatis: perinde penè ac si scri-  
 ptum sit *oscur*. Vel antè s̄, & tunc vel quies-  
 cit prorsus, vt in his vocibus *obstine*, obstina-  
 tus: & *obstination*, obstinatio: quæ pronuntia-  
 mus *ostine*, *ostination*: vel quantum fieri potest  
 lenitur, vt *abstine*, abstinere, *abstinence*, absti-  
 nentia: vel antè j consonantem, vt *object*, ob-  
 iectū, & tūc pleno suo sono effertur. Ante digā  
 ma verò aliquantulum lenitur vt in *obuiet*, oc-  
 currere: sic ferè efferendo vt si scriberetur *o-  
 vice*. Inde hemistichiō illud Gallico-latinum,  
*Omnia malo vie*, *oy i a mal obuiet*. Postremò  
 quiescit in propositione *soube*, & *deffoube*,  
 quæ pronuntiantur *sona* & *deffons*.

## De C.

C quiescit antè q vt *acquiere*, *acquiesc*, *acqui-  
 tet*, & similia, in quibus & si propter ety-  
 mon



non scribitur, potuit tamen optima ratione prætermitti. Item ante *e* proximè sequens in fine dictionis, vt *iect*, iactus: *object*, obiectum: *fact*, factum: quæ perinde pronunciantur ac si scriptum esset, *set*, *object*, *fait*, &c. Sic etiam scribuntur & pronūciantur participia passiuæ, vt *Dit*, dictum: *fait*, factum: nēpe vt distinguantur à tertiis personis singularibus *Sit*, dicit: *fait*, facit. Intra dictionem autem hæc syllaba *ct*, integra pronunciatur vt *act*, actus: *actioy*, actio: *actif*, actiuus: *affectioy*, affectio: *detracteur*, detractor. Excipe *traiter*, tractare, cum deriuatis: & *Ditoy*, dictum siue sententia iudicis, in quibus *e* quiescit. Finiens autem dictionem hæc litera, quæcunque vel vocalis vel consonans sequatur, integra pronunciat, vt in his vocibus *breue*, *fruct*, *fort*, *sect*, *sur*, & similibus.

De *S*.

**D** Quiescit in hac voce *pieS*, quamuis à Picardis exprimat, quasi per *t*, scribatur: vnde *pieSoy*, pedester: Item quiescit *S*, litera ante *j*, consonantem, vt *adjuger*, adiudicare: *adjurer*, adigere iureiurando: *adjourner*, diem dicere: *ajouster*, addere, &c. cū deriuatis. Itē ante *m*, vt *amonester*, cum deriuatis. Excipe *admirer*, admirari, cum deriuatis. Item ante *s*, consonantem, vt *avisser*, deliberare: *avis*, sententia. Finiens autem dictionem quiescit quæcunque consonans sequatur, vt ante *b*, vt *quand boy temps* *viendra*: & ante *r*, vt *quand cela se fera*: ante *f*, vt *quand fandra le monde*,

E. j.



sic pronunciantis ac si scriptum esset, *quay boy*  
*tempē* : *quay cēla* : *quay faudea* : quod in cæteris  
 consonantibus sine exceptione seruat. n

## De F.

**D**iximus antea hanc literam apud Gallos  
 idem valere atque  $\Phi$  Græcorum, & PH,  
 Latinorum. Ideo in Gallicis dictionibus quæ  
 desinunt propriè in Digamma Æolicum, id  
 est  $\Psi$ , consonantem, scribitur hæc litera vt  
 pronuntianda, vt *breſ*, brevis: *greſ*, grauis: *neſ*,  
 nauis. Sed in fœmininis quæ ab illis masculi-  
 nis adiectiuis formantur restituitur Digam-  
 ma, vt *breve*, *greve*: Sic etiam à *vis*, viuis, de-  
 ducitur fœmin. *vide*, & à *maif*, natiuus, for-  
 matur fœm. *maide*. Vſus autem obtinuit, vt in  
 quibusdam eiusmodi vocabulis ſ, ſeruetur cū  
 ipſo Digammate, ſcribunt enim vulgo nō pauci  
*breſue*, *greſue*, ne videlicet hæ voces per diph-  
 thongū *eu* pronunciētur, nempe *greue*, *breue*.  
 Sed omnino vitioſa eſt hæc ſcriptura, cui  
 vitio mederetur reſtitutus vetus ille chara-  
 cter Digammatis Gallici, nempe  $\Psi$ , tam ini-  
 tio dictionum, quàm intra ipſas dictiones, vt  
*vide*, *maide*, *greve*, *breve*, *maide*.

## De G.

**G**uieſcit ante  $\rho$  molle vt *gagne*, lucra-  
 ri. Vſus tamen obtinuit, vt excipiantur  
 quædā, vt *ſigne*, ſignū, cum deriuatis: vt *ſigne*  
*ſignare*: *reſigne*, reſignare: *regne*, regnum: &  
*regne*, regnare: in quibus  $\rho$  quieſcit, &  $\rho$ , na-  
 tiuo ſuo ſono, & non illo molli effertur, quaſi  
 ſcriptū ſit *ſine*: *ſine*: *reſine*: *re*: *no*, *uence*. Quod au-  
 tem



tēōnulli imperiti hāc literā scribūt in his vo-  
cibus ſing, vnus: teſmoing, teſtis: ſoing, cura: ſe-  
ſoing, opus: vitioſe ſcribitur. Nā quōd in deri-  
uatis teſmoigner, teſtari: ſoigner, curam habere:  
ſeſoigner, laborare: adſcribitur g, id fit propter  
m molle, ac proinde in illis thematibus nullus  
eſt ei locus. Imò etiā non debuit etymologia  
efficere vt ſcribatur *cognoiſtre* & *cognoiſ-  
ſance*, vt alibi diximus. Scribitur autem meri-  
tō & quieſcit in voce *hæreng*, pro halece, à quo  
deriuatur *hærengue*, & *hærengerie*.

## De h.

**A**ſpirationis nota in vocibus Gr æcis &  
Latinis aspiratis, & in Francicā linguam  
traductis, ſcribitur quidem ſed quieſcit. Vt *ha-  
bitæ*, habitare, cum deriuatis: *habit*, habitus,  
pro veſte, cum deriuatis: *habitu*, conſuetu-  
do: *habitue*, conſuefacere: *halene*, halitus: *hale-  
ne*, afflare: *hæreſe*, hæreſis, cum deriuatis: *hæ-  
reien*, Hebræus, cum deriuatis: *hæreſe*: *hæ-  
ſas*, heu: *hæſene*: *hæſicon*: *hæſebore*: *hæur*, ſors pro-  
ſpera: *hæreng*, ſœlix: *hæure*, hora: *hærite*, conſe-  
qui hæreditatem, cum deriuatis: *hærodes*: *hæ-  
laire*, *hiſtoire*, *hoir*, hæres cū deriuatis: *homme*,  
homo, cū deriuatis: *honneur*, honor, cū deriuatis  
*herologe*, cū deriuatis: *herocope*: *heretue*, horror,  
cum deriuatis: *enheretue*, cū deriuatis: *hoſte*, ho-  
ſpes: *hoſpital*, Noſodochium, cum deriuatis:  
*humble*, humilis, cū deriuatis: *humue*, humor,  
cū deriuatis: *hiuer*, hyēs: *hædrome*: *hædropiſe*,  
&c. quę omnes voces partim à Latinis, partim

E. ij.



à Græcis vocibus aspiratis oriuntur, in quibus tamen aspiratio quiescit. Excipiuntur autem ab hac regula *hache*, à Latina voce hasta: Item *harenç*, à voce hales cum deriuatis. Item  *Hector* & *Henri*. Item *harpe*, à Græca voce *ἄρπη*. Similiter etiam aspiratio quiescit in his dictionibus, *huic*, ostium cum deriuatis: *huile*, oleum cum deriuatis: *huict*, octo: *guistee*, ostrea: sed aliam ob causam nempe quoniam alioqui legi sic possent hæ dictiones, quasi *h*, esset digamma non vocalis, nempe pro *huic*, *hice*: sic etiã pro *huile*, *hile*, &c. Contrà verò in vernaculis Gallicis scribitur simul & pronunciatur aspiratio, vt in illis quæ à Latinis non aspiratis deducuntur. Sic ab altis deducuntur Gallicæ voces aspiratæ *hault*, *haultain*, *haulte*, *haulteu*, *haultement*, *haußer*. Hæc autem vocabula vernacula Gallica obseruauit in quibus aspiratio & scribitur & auditur: *halier*, vepretum: *hair*, odisse, cum deriuatis: *hait*, animi inclinatio, gratum aliquid habens: vnde compositum *souhait*, & *souhaiter*: item, *halbard*, *haste*, *hasteur*, *haleter*, crebrum anhelitum ducere: *hameau*, *hameçon*, *hancher*, *hanteur*, *hantise*, *hacquetoute*, *haquenter*, *hardi*, *hardiesse*, *harnicour*, *honte*, *hoter*, *hobes*, *haricr*, *hazard*, *hibou*, *huer*, *hucher*, *hucher*, *honte*, *hocher*, *hochepot*, *hacquer*, *hocquer*, *hocquetter*, *haster*, *hasteur*, *hastif*: *hancer*, fuscina: *hauer*, nauale: *harg*, sepes: *heaume*, galea: *houer*, ligo: *houer*, fodere: *humer*, sorbere. Quiescit autem post e sequente, vt *Jesua*, *Christ*, *Chrestien*, *Chrestiente*, *Sepulcher*. Item in *Jehan*, & *Johay*, à Iohane.



Iohanc.

*De L l e e.*

**L** Quiescit post diphthongū *eu* sequente *g*,  
vt *miculg*, *culg*; & sequente *t*, vt *pult*. Itē  
post diphthongum, *au*, sequente *t*, vt *aultre*,  
alius: *espeaultre*, spelta: in quibus dictionibus  
interferitur ne *u*, pro *u* legatur. Item quiescit  
in dictione *souls*, pro solido siue asse, quod  
pronunciatur à Picardis acsi scriberetur *sout*.  
Item in dictione *sauul*, satur, quam pronun-  
ciamus *son*. Additur autem *s* quamuis nō pro-  
nunciatur, propter deriuata, vt *sauulce*. I-  
tem in his duabus dictionibus *fol*, & *col*,  
quas pronunciamus per *ou*, diphthongum *fo*  
& *co*. Sed finiens dictionem hæc litera, quæ-  
cunque consonans sequentem vocem incho-  
et, sonum suum seruat.

*De m.*

**M** Nunquam quiescit, sed vt suo loco dixi-  
mus, finiens syllabam vel dictionem, nō  
aliter pronunciatur quàm *m*, illo de quo dixi-  
mus sono imperfecto.

*De n.*

**N** Quiescit in tertiis personis verborum  
desinentibus in *e*, scēminum cum *ent*,  
vt *aiment*, *aimerent*, *aimeroient*, *aimassent*.

*De p.*

**P** Quiescit in his duabus dictionibus *tempe*  
& *compte*, computum, vt differat à *con-*  
E. iij.



to, comes. Item in *sept*, septem: & *Loup*, lupus: & eius plurali *Loups*, lupi: quas voces pronunciamus *Lou* & *Loups*. Contrà non quiescit in *coup*, ictus: & *sep*, vitis: singularibus. Verùm in earundem vocum plur. nempe *coups*, & *seps*, quiescit, quas dictiones pronunciamus *coue* & *see*. Cæterùm scribi etiam cōsuevit à nonnullis, inter *e*, & *e*, consonantem ne confundantur cum *eu* diphthongo: vt *ensepeli*, sepelire, pro *enseveli*, in quibus vocibus si scribatur, quiescet: verùm præliterit expungi vt superuacaneum: sicut in hac voce *escribere*, scribere, vt ineptè aliqui olim scribebant.

## De Q &amp; Ꝟ.

**H**Æ literæ nunquam quiescunt.

## De S.

**H**Æc litera finiens dictionem, quæcunque consonans proximè sequentem dictionem incipiat, quiescit, vt ante *b*, *Les bons hommes*: ante *c*, *Les cas*: ante *d*, *Les Dames*: ante *g*, *Les gens*: ante *l*, *Les luns*: ante *m*, *Les marchands*: ante *n*, *Les nouvelles*: ante *p*, *Les parties*: ante *q*, *Les questions*: ante *r*, *Les rois*: ante *t*, *Les tests*: ante *v*, consonantem *Les visse*: in quibus omnibus in hac dictione *Les s*, litera quiescit. Intra ipsam autem dictionem nunquam iungitur hæc litera cum *e*, vel *o*, vel *f*, vel *g*, vel *h*, vel *r*, vel *v*, consonante. Superfunt autem *se*, *sy*, *sh*, *sp*, *sq*, & *st*, quas literas antecedens interdum quiescit, interdum



dum pronuntiatur, quod vsu potius discitur quam vlla regula. Possumus tamen aliquid de his quoque syllabis tradere, sed ita intelligendum vt exceptiones ab vsu petantur.

Ergo *sin* se quiescit, vt *esew*, *scavoir*, vt nonnulli scribunt. Nec enim desunt qui *s* omitant. Sic etiā pronuntiamus *science*, *s* quiescēte.

In *sm* etiam quiescit, vt *esisme*, *quarsime*, *blasime*: in quibus videtur *s* scribi ad producendam duntaxat syllabam, idque non paruo abusu, quum literæ non sint inuentæ vt pronuntiationis quantitatem significant. Sic pronuntiamus correptè *creme* pro cremore lactis: pro chrismate verò longa penultima scribimus *creisme*.

In *sn* itidem quiescit, vt *gsne*, quercus. Sic nonnulli scribunt *gsne* pro Rhodono. Vteres scribebāt, & integrè sonabāt *isne*, velox.

In *sp* plerunque non quiescit, vt *espete*, *esperance*, *espruit*, *espece*, *respiere*: imò nunquam quiescit dictionem inchoans, vt *specialment*, *spirituel*. Dicimus tamen *quiescente*, *espec*, *espeuon*, *escuire*, cum deriuatis: *espouse*, vxorem ducere, cum deriuatis: *responere*, respondere, cum deriuatis, quæ ipso vsu discuntur.

In *sq* aut semper aut certè plerunque pronuntiatur, vt *jusque*, *gnovisque*, præcedēte i vel s vocalib. Præcedēte verò *q* quiescit, vt *cuesque*.

In *st* præcedente *a* quiescit: aut semper aut plerūq; vt *gaster*, vastare, *gastean*, libū: *eastean*, rastrum: *paste*, patitice, *empaste*, *cast*, clitella alini, *castre*, ædificare (ynde vox Prouincia-



liū *castido*, expressa litera *scastoy*, vnde vocabulū Italibo Gallicū *castondo*, in uua sinat.

Præcedente vero dipht. ai quiescit, vt *mai stre*, *paistre*. Sed tamen dicimus *pasteur*, s expressio, pro quo in Aluernia dicunt, s quiescente, *pastre*. Sic quiescit in *pastourtau*, & in *pastorelle* auditur. Præcedēte e s quiescit, vt *estee*, *este*, *ceste*, *seste*, *aureste*, spina piscis, *arestee*, *preste*, *apreste*, *teste*. Excipe *geste*, *preste*, *veste*, *molestee*.

Præcedente i pronuntiatur, vt *miste*, homo elegans, lautus, concinnus, *mistere*, *mistoy*, *histoire*, *Legiste*, *Sophiste*, & similia. Excipe is pronomen plurale, in quo semper quiescit, siue sequatur vocalis seu consonans, vt *is vnt dicit*, *is digne*, quæ sic efferuntur ac si scriptum esset *is on dit*, & *i disent*, etiam s quiescente. Excipe itidem *giste*, quod dicitur propriè de loco vbi iacet lepus seu cubile leporis. Item excipiuntur omnes secundæ personæ plurales præteriti perfecti simplicis, desinentis in *iste*, vt *fiste*, *ouiste*, & similia.

Præcedente o quiescit, vt *oste*, *hoste*, *reste*, *nostrae*, *bostrae*. Excipe *poste*, *postee*, *postillo*, *ostee*, quæ est species texturæ. Item quiescit præcedente ou, vt *couste*, *rouste*, *gouste*.

Præcedente u pronuntiatur, vt *iuste*, *insti*, *instifier*, *uuste*, quæ vox est vetus Gallica, & significat hominem temerè ruentem, vagum & temerarium.

De



De *Ç*.

**H**Æc litera finiens dictionem, à quacunque consonante incipiat sequens dictio, semper quiescit. Sed videndum imprimis ut si sequens dictio incipiat à vocali, hæc litera præcedentem finiens cum illa vocali coniungatur, quasi ad illam dictionem sequentem pertinens, ut *isæ font à moi*, quod pronuntiandum est quasi scriptū sit *isæta moi*. Sed in copula et sicut alibi diximus, et semper quiescit, siue consonans siue vocalis sequatur.

DE FRANCICÆ LIN-  
gua accentibus.

**F**Ranci nullos accentus notant, nec veteres etiam Græci notabant, ac ne nunc quidem Latini. Est igitur mos iste à Grammaticis Græcis, Hebræorum, opinor, imitatione excogitatus, maximo certè cū fructu, ex quo disci à nutricibus illæ linguæ desierunt: si modò verus illius consuetudinis usus servaretur. Sed de hoc longè maximo abusu aliàs. Sunt qui contendunt in Francicæ lingua nullum esse accentibus locum. Sunt contrà qui in Francicæ lingua tonos perinde ut in Græcæ lingua constituent. Magnus est utrorumque error: quod mihi facile concessuros arbitror quicumque aures suas attentè consuluerint. Dico igitur Francicæ linguæ, ut & Græcæ & Latinæ, duo esse tem



pora, longum vnum, alterum breue: itidemq. tres tonos, nempe, acutum, grauem, circumflexum, non ita tamen vt in illis linguis obseruatos. Acuiunt enim Græci syllabas tum longas tum breues, & Latinos idem facere magno consensu volunt Grammatici, quibus planè non assentior. Sed hac de re aliàs. Illud autem certò dixerim, sic concurrere in Francica lingua tonum acutum cum tempore lōgo, vt nulla syllaba producat, quæ itidem non attollatur: nec attollatur vlla quæ non itidem acuat, ac proinde sit eadem syllaba acuta quæ producta, & eadem grauis quæ correpta. Sed tonus vocis intentionem, tempus productionem vocalis indicat. Nihil autem accidere potest auribus magis ingratum quàm si breuè producas, longam corripas, quod ij experiuntur qui peregrinos, aut Galliæ populos Francicè minus purè loquentes audiunt: veluti quum Turonenses aut Pictones audimus pronuntiantes *mestres* <sup>u-u</sup> pro *maistres* <sup>u-u</sup> aut *mestres* <sup>u-u</sup> pro *mestres* <sup>u-u</sup> vel Sabaudos pro *faict* <sup>u-u</sup>, proferentes *festes* <sup>u-u</sup> pro *prophe-* <sup>u-u</sup> *tes* <sup>u-u</sup>, *prophestes* <sup>u-u</sup> pro *misericorde* <sup>u-u</sup> quinque syllabarum natura breuium *misericorde* <sup>u-u</sup> penultima longa: vel Italos proferentes *paros* <sup>u-u</sup> pro *paros* <sup>u-u</sup> quoniam suum *parosa* sic pronuntiat. Illa verò productio in Francica lingua etià in monosyllabis animaduertitur, quæ est propria vis accentus circumflexi. Sic productè circumflectuntur: *io* <sup>u-u</sup> *ben*, *tu* <sup>u-u</sup> *ben*, *il* <sup>u-u</sup> *ben*, *vol*, *vis*, *vult*, quod deprehenditur



ditur si prioribus illis opponas *ſeu*, votum: & *ſeuq*, vota: quæ corripuntur. Sic corripitur *ſeuſ* & *meuſ* ſingulari numero: quorum recti plurales, *ſeuſe* & *meuſe*, quieſcente *f* litera, circumſlectuntur: vt *euſq* & *meuſq*. Itē *ſit*, fecit, & *ſut*, fuit: & *cut*, habuit: corripuntur: *ſiſt*, faceret, & *ſuſt*, eſſet: & *cuſt*, haberet, circumſlectuntur, vt planè pudendus ſit error tum ſcriptorum tum typographorum qui hoc diſcrimen ſcripturæ & pronuntiationis non obſervant. Sic etiam *eſt*, *uoſt*, *tōſt*, circumſlectuntur itidē inque *plaiſt*, placet: *pluſt*, plueret, quibus opponuntur correpta & coniunctio copulatiua: *plaid*, contentio iudicialis, *plaut*, placuit: *plut*, pluit. Itidē inque circumſlectuntur *meu*, morior: tu *meu*, moreris: corripitūtur autem *meua*, maturus: & *meue*, maturi: ſcemininum autem *meu*, matura, eſt trochæcum: quæ vſu non regulis diſcuntur. Cæteræ verò ſyllabæ, id eſt quæ neque acuntur neque circumſlectuntur, natura breues cenſentur, exceptis monosyllabis, quę quoties enclitica ſecū trahunt, producuntur, vt ſi *io*. Si datylum ſonat: *qui eſt eo*, amphibrachum, qua de re in encliticis. Sunt autē hoc loco mihi admonendi peregrini pauciſſimas eſſe longas ſyllabas in Francica lingua, præ innumerali breuium multitudine: ac proinde verendum illis eſſe potius ne breues producant, quàm ne longas corripiant, præſertim vbi falli poſſunt Latine lingue quantitate: ſic exempli gratia, Natura, Vectura, Fortuna, Perſona,



& similia, Latine penultimam producant: at Francicae voces, *nature*, *voiture*, *fortune*, *personne*, eandem corripunt. Operæpretium etiam fecerint, si hoc quoque diligenter observarint, maximum esse in Francica lingua vitium penultimam naturā breuem producere, quocunque & quacunque consonantes illius pronuntiationem remorentur. Sic in *fondre*, *retordre*, *disordre*, *miseri-corde*, *noble-esse*, *pauc-esse*, *abonder*, *domin*, *endomin*, *porter*, *apporter*, *exhorter*, *exhorter*, & infinitis aliis penultimæ positione longæ, natura tamen corripuntur. Sic etiam breves priores in *comme*, *somme*: *domin*, *endomin*: *bonne*, *donne*, *bonne*, nunquam nisi vitiosissime producuntur, ne in metris quidem: qua in re graviter ab iis peccari video qui Francicos versus non tantum syllabarum numero, & ὁμοιοτελείῃς, quæ rhythmos vocamus, æstimant, sed etiam pedibus Græcorum & Latinorum more metiuntur: audax & nobile certè inuentum, sed quod maxima difficultate non caret, tum propter longarum syllabarum penuriam, tum quod, ut modò dixi, in Francica lingua nulla positio penultimam naturā breuem sine maxima auriū offensione producat. Etsi verò brevium & longarum discrimen vsu potius quàm arte discitur, tamen paucas istas regulas mihi libuit in peregrinorum gratiam à me observatas subiicere.

Prima Regula. Non paucae dictiones Francicae solis brevibus constant, ut *miseri-corde*,  
 quæ



quæ vox quinque breuibus natura syllabis constat. At nulla constat pluribus productis: minimè id quidem quasi non inueniantur voces in quibus plures sint syllabæ natura longæ: sed quoniam, vel antepenultima longa, si penultima sequens breuis fuerit: vel penultima longa sic dominatur, vt reliquæ præcedentes syllabæ, quanuis natura longæ, nec acuantur tamen, nec verè producantur. Exempli gratia, Hęc dictio *entenderment* cõstat ex duabus prioribus natura longis, vt in proxima regula ostendemus, prior tamen est æquali tenore proferenda, tono & quantitate in syllabam antepenultimam reiectis. Quod si huic dictioni subieceris enclyticam, vt *entenderment boy*, ut sola eius vltima acuetur, reliquis velut in ordinem redactis. Sic in hac voce *entender*, quanuis tres priores sint natura longæ, sola tamen penultima acuitur & producitur, ex tertia regula quam mox trademus. Sic in hac voce *envidia*, etiam diuisa, vt, *en, via*, in vita, auditur amphibrachus, propter penultimam longam: at in nomine *envidius*, propter penultimam breuem auditur amphimacrus producta antepenultima quæ in *envia* corripitur.

Secunda Regula. Omnis syllaba desinens in literam *m* vel *n*, non geminam, sed sequente alia consonante, est natura longa. Est igitur *endorment* dactylica vox, *feinder*, *teinder* trochaica, *sonne*, spondaica: *tempore*, dactylica quod etiam in diuersis di-



ctionibus accidit, vt *boy paie* - <sup>uu</sup>. Sed quid si  
<sup>m</sup> vel <sup>gn</sup> geminetur? tunc syllaba corripitur,  
 vt *somme*, *comme*, *Donne*, *bonne*, *sonne*, *tonne*,  
<sup>u</sup> *consomme*, *ordonne*, *resonne*, *estonne* - <sup>uu</sup>:  
 quamobrem etiam *songea*, *besonge*, & simi-  
 lia penultima breui proferuntur, quoniam vi-  
 delicet in illis quidem dictionibus non tam  
 est <sup>m</sup> duplex quàm vnicum daghessatum, vt  
 apparet ex dictionibus Latinis vnde dedu-  
 cuntur, dono, bona, sono, tono, ordino, reso-  
 no. In istis verò <sup>gn</sup> ponitur pro altero <sup>m</sup>, quod  
 molle vocauimus. Excipe *ennemi* - <sup>uu</sup>.

Tertia Regula. Omnes dictiones termina-  
 tæ per æfemininum, proximè præcedente  
 vocali, producant penultimam, vt *aimée*, *fon-*  
*due*, *velue* - <sup>uu</sup> *mue*, *due*, *fier*, *lie*, *amie*, *joue*,  
*soue*, *moue*, *noue*, *aije*, *plaije*, *ioije*, *voije* - <sup>u</sup> *en-*  
*noie* - <sup>u</sup>. Quod si illud æfemininum mute-  
 tur in masculinum, tunc eadem illa penulti-  
 mæ corripuntur, vt *muer*, *fier*, *lie*, *iottée*,  
*soute*, *noute*, *enuoije* - <sup>uu</sup>.

Quarta Regula. Diphthongus *au* semper  
 producit siue in penultima, vt *austre* - <sup>uu</sup>, *an-*  
*tant* - <sup>uu</sup> *hautam* - <sup>uu</sup>: siue in antepenultima, vt  
*hautement* - <sup>uu</sup>, *hautaine* - <sup>uu</sup>: siue in vltima  
 trahente secum sequentem dictionem, vt *haut*  
*et droid* - <sup>uu</sup>.

Quinta Regula. S inter duas vocales depre-  
 hēsa, ac proinde, sicut suo loco diximus, per *g*  
 pronuntiata, & vocalem singularem & diph-  
 thongum antecedentem producit, vt *iasce*, *brui*  
*se*, *sai-*



se, saison, plaisir, cause, bisse, misse, prise, oser, gesser, posser, goisier, loisier, noiser, toiser, sezer, euser, musse, cuisse, trisse, & in antepenultima, vt cansera, osera, embrasera, repesera, goisiera, prisera, cuisine, osera, accusera, excusera, sago, visago, camuse: nisi obstat penultima alia ratione longa. Tūc enim penultima dominatur, vt prise, accusse, excusse. Excipe & fœmininum occurrens, quod nunquam producit, vt peser, geser, Item tuez, quator, moisi, examoisi, voisin, cousin, voisine, cousine.

Quinta Regula. A cum i quiescente ante duplex s molle cum & fœminino dictionem finiente est longum, vt aille, baille, caille, faille, maille, paille, saille, taille, vaille.

Sexta Regula. Personæ verborum desinentes in assse vel issse producuntur, vt passe, aimasse, ouisse.

Septima Regula. Omne s sequente consonante quiescens (quibus autē in syllabis quiescat suo loco diximus) vocalem præcedentem producit, vt ante ss, haste, isse: ante sm blasme, aimasme, esmeute, esmouvoir, esisme, mesme, careme, baptisme, eserinsme, seusme, recusme, visme, fisme, entendsme, esme: ante su, vt asne, asisme, osne: ante sp, vt esperon, esperonne, espier, ante st, vt est, ost, tost, su, fist, cust, circumflexa



hast<sup>o</sup>, tast<sup>o</sup>, test<sup>o</sup>, best<sup>o</sup>: est<sup>o</sup>, maist<sup>o</sup>, maist<sup>o</sup>: fest<sup>o</sup>, gist<sup>o</sup>, gist<sup>o</sup>, voust<sup>o</sup>, voust<sup>o</sup>:  
 etiam in polysyllabis, vt desuic<sup>o</sup>, Ex-  
 cipe est<sup>o</sup> pro verbo esse, & pro ætate<sup>o</sup>:  
 voti, cōtra naturam sui primitiui<sup>o</sup> est. Prono-  
 mina verò nost<sup>o</sup> & voust<sup>o</sup> ancipitem habēt  
 priorem: breuem videlicet si nomini cui ad-  
 hærent præponantur, vt nost<sup>o</sup> maison, vo-  
 st<sup>o</sup> maison, sin postponantur, longam,  
 vt ie suis<sup>o</sup> voust<sup>o</sup>, patenost<sup>o</sup>.

Octaua Regula. Omnis syllaba ante gemi-  
 natum<sup>o</sup>, producitur, vt catai<sup>o</sup>, catai-  
 re<sup>o</sup>: ferre<sup>o</sup>, guerre<sup>o</sup>, terre<sup>o</sup>, poure<sup>o</sup> en-  
 te<sup>o</sup>.

## DE ENCLITICIS

*ditionibus.*

ENcliticæ dictiones vocantur, quæ à præce-  
 dentis dictionis tono pendent, de qui-  
 bus hæc regula certissima est.

Omnis dictio monosyllaba longa vel poly-  
 syllaba in longam desinens acuitur, & bre-  
 uem proximè sequentem dictionem, siue mo-  
 nosyllabam siue etiam dissyllabam suo tono  
 subiicit, quasi cum ea coiens: quod valde o-  
 ptarim in peregrinorum gratiam notari ac-  
 centu acuto, sicut Græci consueuerunt. Exem-  
 plum monosyllabarū, est<sup>o</sup> moi, est<sup>o</sup> voue:  
 est<sup>o</sup> lui: cela est<sup>o</sup> boy, est<sup>o</sup> bién dit: sera bién  
 fait: on s'en va. Exemplum dissyllaborum, boy  
 boy



bey paie : vne Gose bién Diete, vne Gose bién  
faite; on s'én ira.

## DE ACCENTV

*interrogante.*

**A**ccentus interrogans eo differt à dictio-  
ne enclitica quod ipsa vltima syllaba o-  
rationis per interrogationem concepta, quæ-  
cunque & quantacunque illa sit natura, in  
Francico sermone acuitur, vt que Dites- vous?  
ferez- vous cela? ne vous repentirez- vous  
iamais? cuius pronuntiationis vsque adeò  
sunt obseruantes Normanni, vt etiam si nihil  
interrogent, sed duntaxat negent aut affir-  
mēt aliquid, sermonis finem acutè, non sine  
aurium offensione pronuntient.

## DE SVBVNIONE.

**S**vbunionem cœperunt accuratiores ty-  
pographi notare linea diuersas dictiones  
interiungente quàm Hebræi Raphè appel-  
lant, vt Si-ic, Sit-il, fit-il, suis-ic, Diras-  
tu, quibus sic vtuntur Galli, vt Latini suis il-  
lis inquam & inquit, & aliquantulum ab en-  
cliticis ista differunt.

## DE APOSTROPHO.

**A**postrophon, id est, aduersæ siue elisæ  
vocalis notam cœperunt vtiliter iidem



Typographi Græcos imitati adscribere, at nō ubique, quod tamen factum velim, eorundem Græcorum exemplo. De hac autem nota certæ sunt sequentes regulæ,

Prima Regula. Omne & fœmininum sequente quacunque vocali, eliditur in pronunciatione, vt *l'auaricieux*, *l'espec*, *l'ingrat*, *l'ouuier*, & sequente *h* quiescente *l'homme*: *l'huis*: *la femm'auaricieux*, *la faul's'obeissance*, *la mauuais'inuention*, & quoy dit. Magnum igitur vitium est istam elisionem non obseruare, quod in versibus imprimis sine exceptione obseruatur: in quibus nullus est & fœmineo locus, vel in quarta syllaba, si versus decem fuerint syllabarum, vel in sexta si fuerint Hexametri, quos vulgo Alexandrinos appellant. Et generaliter in omni Francicorum carminum genere & fœmineum in vltima, versus syllaba pro nihilo habetur.

Secūda Regula. *a* in articulo *la* ante eandē vel aliā vocale eliditur, vt *l'auarice*, *l'espec*, *l'ignouance*, *l'auenture*, *l'ombre*, *l'hostesse*. Idē maiores nostri faciebant in possessiuis pronomi-  
nibus *ma*, *ta*, *sa*, vt *m'espec*, *s'espec*, vt adhuc loquūtur Sabaudi. Sic in veteribus sepulchris sapissimē legitur *s'ame*. Immo adhuc hodie dicitur *m'amie*, *s'amie*, *m'amour*. Sed vsus obtinuit vt in cæteris dictionibus potius vsurpetur solæcismus, substitutis pronomi-  
nibus masculinis, *moy*, *toy*, *soy*, vt *moy espec*, *moy hostesse*, *soy auarice*, *soy ignorance*.

Tertia Regula. *i* nunquam eliditur nisi ante pro-



pronomen il, vt si il *siema* pro si il. Malè igitur Lud unenſes *ce qui eſt*, pro *ce qui eſt*, *ſoy* pro *ſoy*, quo tamen abuſus ſum ego licentia poëtica in Pſalmorum interpretatione. V verò & *u* nunquam eliduntur. Sic Marotus, ſainſi pro ſi ainſi.

Obſeruandum eſt autem peculiariter fœmininum adiectiuum *grand*, in quo e, conſueuit etiam ante conſonantes elidi, vt *une grand beſongne*, *une grand choſe*, *une grand femme*, *une grand meſchancete*.

DE APHÆRESI SYN-  
copa & Apocopa.

**A**phæreſi non vtuntur Franci, quantum nunc quidem poſſum meminiffe. Illam enim Prouincialium Aphæreſim *Dieu noue pelle*, ſ quoque putidè pronuntiata pro *Dieu noue appelle*, nemo Francus emendatè loquens patienter tulerit.

Syncopa in nonnullis vocabulis eſt vſitata, vt *Donna*, pro *Donntea*, *amœra* pro *amœntea*, *empreſe* pro *entrepreſe*, *ouen*, pro *oſſeu*. Sed *baurrea* pro *baillera*, proprium eſt Pariſienſium vulgo. Sic in quibuſdam futuris verborum exteriture, vt *enuoïrai*, *ennuïrai*, *eſſuïrai*, *louïrai*, pro integris *enuoïjerai*, *ennuïjerai*, *eſſuïjerai*, *loueïrai*, quæ regularia ſunt ab infinitis, *enuoïe*, *ennuïe*, *eſſuïe*, *loueï*. Neque mihi dubium eſt quin futura *receïrai*, *apreceïrai*, *aurai*, ab infinitis *receïroïe*, *apreceïroïe*, *aboïe*, fuerint




initio *recebrai*, *aprecebrai*, *abceai*, et siqua sunt alia huius modi.

Apocopa verò utimur etiam vulgo in quibusdam, ut *a'bono*, pro *auez-bone*? *sa'bone*, pro *sa'bez-bone*? Illud autem *aga* pro *regarde*, & *agardetz* pro *regardez* Parisiensium vulgo relinquitur. Sed de istis hactenus.













ALVENSLEBEN

Cc

341















DE  
FRANCICAE  
LINGVAE RE-  
CTA PRONUN-  
TIATIONE  
Tractatus.

1  
RR  
22

T/H



Ap